



# **Coriolani Cepionis Dalmatae De Petri Mocenici Imperatoris Gestis Libri tres.**

<https://hdl.handle.net/1874/427514>

3  
CORIOLANI CEPIO

NIS DALMATAE DE PETRI  
Mocenici Imperatoris  
Gestis Libritres.

ITEM CONRADI VVENERI  
Brixiensis De Bello inter Sigis-  
mundum Archistrategum Au-  
striae & Venetos Libellus.

PRAETEREA MICHAELIS  
Coccinij Tübingeris De Bel-  
lis Italicis Liber unus.

PER ROBERTVM VVINTER  
BASILEAE, ANNO MD XLIII.

OFFICIO MAJUSCO

Præcepta apostoli

adversariis suis

# CAROLO VVOLF-

GANGO RHOLINGERO,  
optimæ spei puero, Ioannes  
Herold Acropolita  
bene agere.



Oriolani Cœpionis,  
Michaelis Coccinij,  
ac Conradi Vuen-  
ger, Historiographo-  
rum recentiorum li-  
bellos hos, Carole Vuolffgange  
puer optime, tibi inscribere pla-  
cuit, arbitror haud inepte, nam in-  
tempestiuam hanc editionem, qui  
iudicet, puto neminem. Verume-  
nim uero cum hoc unico libello,  
uarij se se offerunt bellorum euen-  
tus, uidemus, Cœpionem ut elo-  
quentia teriorem, Venetæ gloriae  
studiosiore, mare terraq; de Amu-  
rathe Turcarū Imp. partos Vene-  
torum

## EPISTOLA

torum Triumphos, Scodræ defensionem, & clades perfidæ gentis in Foro iuliensi regione funestiss. describere, alterum uero, Germanorum uictoria arma, mediocriter, per totam Italiam circumferre, cum ultimus Sigismundi Archiducis Austriæ bellicosissimi cum republica Veneta infensiss. bellum, ueraciter multò magis, quam eleganter delineat. Quæ quum indicant quantum in hostem omnium Christianorum molita sit respublica una, quoties formidolosiss. Tyrannum fugauerit, ad desperationem deniq; sepius audaciss. predonem adegerit, nonne ruborem incutiūt, nostri æui permultis, qui bus discordia, tetrica perniciei fautrix, sola placet. Quippe cum rerum statum quisuis deplorare potius quam fateri cogitur, est ui-

dere

N V N C V P A T O R I A

dere tamen, præter æt̄nū illam Ho-  
mericam, expugnata etiam Pan-  
nonia, stertere omnes, et si Germania  
Christiani orbis arx, omni ge-  
nere insidiarum oppugnetur, ad  
quæ si animum addere uellent ij,  
quorum maximè intererit, uel hic  
exempla habent, si alias unquam,  
præsentiss. fortitudinis Germanæ,  
qua se defendere non solum, ue-  
rum etiam (cum prolato digito, in  
testinis, ciuilibusq; bellis rem dis-  
sipant communē misere) ampliss.  
imperia ab foediss. Tyranno occu-  
pata, redimere, deniq; Asiae domi-  
tores fieri possent. Quid enim con-  
iunctæ Germaniæ uireis præstare  
queant, facile appareat, quandoqui  
dem principis unius, non ita po-  
tentis fortitudo, cum Germanorū  
cohortes perpaucæ, Italiam bella-  
tricem, Martis inquam illam offi-

## E P I S T O L A

cinam, uictricijs armis, nulla diffi-  
cultate, peragrarint. Hæc sibi no-  
stra uoluit æditio, quam ut tui no-  
minis titulo honestarer, effecit la-  
ta illa mi Carole tua in doles. Si qui  
dem cum natura dotes suas, quan-  
tum in puerulo octenni cōprehen-  
di potest, in te collocarit ubertim,  
fortuna natalibus res addit am-  
pliss. uidemus quoq; largitorem  
bonorum omnium, Deum scilicet  
optimum maximum ingenium ti-  
bi dedisse, honesti bonique capa-  
cissimum. Rarā igitur hanc tuam  
formam, uitij maculis aliquando  
cōtaminatam iri, nemo facile som-  
niabit, nam in speculo contempla-  
ta, parem animi uetus statem ample-  
cti docet. Quādoquidē sibi ipsi co-  
gnita deformitas, uirtutis pulchri-  
tudine, seipsam emendare nītitur.  
Nec dextrè quidem iudicabit, si  
quis

## N V N C V P A T O R I A

quis tantæ familiæ decorem, in te  
extingui posse, contendere uellet.  
nam ut cum Euripide loquar,  
*πῶσδεν ἀντὶ τοιοῦθε σώματος οὐκος  
γένοιται αὐτούσιες τοτο μὲν τιδοι τοῖς.*  
ne quid interim dicam de opibus,  
Virtutis ueræ famulabus uigilan-  
tiss. si dominum noctæ sunt no-  
bilem, qualem tute præstas iam  
iam. Imperium quippè exerces in  
diuitias, quū Crato philosophus  
ne ipsi imperarēt, illas in mare ab-  
iecerit, etenim in pauperes studio  
foscq; si quid uel à parentibus uel  
cognatis tibi dono datur, effudere  
soles. Talia si quis rimari penitus  
uelit, spem eum de te, eamq; opti-  
mā cōcipere oportet. Sin uero flu-  
xis rebus adnumeranda censet,  
admirator tamen ut sit necesse est,  
ingenij tui præter ætatem perspi-  
caciss. Ego quidem (absit adulæ-

E P I S T O L A

tio, quam si quid aliud exosam ha-  
bui semper) in rebus arduis tuum  
uersari ingeniolū animaduerti sa-  
pius, nec ego id quidē solus, dum  
in corona doctorū uirorum, non  
minimis de rebus agitātibus, ioco  
rogatus, te maiora respondere cō-  
sueuisti. Vel quæ audieras parēti-  
bus deinde ita interpretari, ut in  
dustria præcox eos fermè animo  
confaternarit. Deū igitur Optimū  
Maximū in te ita beneficū tu mi-  
Carole colito : illi ut gratias agas,  
nunquā obliuiscitor: primas tenet  
ipse, partē sibi uendicat auita uir-  
tus, quas tibi augere potest , dome-  
sticū exemplum . Parens ille tuus  
uir de Rep. Augustana optimè me-  
ritus , uir inquā ille, qui præter ip-  
sam experientiā rerum multarum,  
nullius artis inscius, Platonī lauda-  
tus fuit Reip. administrator. Iuuat  
her

N V N C V P A T O R I A

hercle, tui similes genuisse, at talibus parentibus ortum esse quamnam partem fœlicitatis repudiat? Ociū parentis negotiosiss. iam imbibis, iocos audis philosophicos, exerceris ludis uirilibus, paternæ ædes conuiuijs Musarum, quibus interes, indies frequentantur, non Sybariticis, splendidis tamen, ubi uel Ioui, rerum tractandarum locus est, adeò ponderantur, rimantur, inuestigantur omnia, ut ne temerè quidem aliquis, quomodo ille olim de Romana Curia, Regū conuentum illuc esse, iudicabat, hic philosophiæ senaculum contenteret. Adde maternā illam temperantiā, qua Matrona honestiss. ad prudentem quandam simplicitatem te prouocat continuo, dum ipse *οἰκεῖος* ut mater benignissima souet, ut hera dirigit præstantiss.


a 5 Et


E P I S T O L A


Et quid multis, patriciam consula  
rēc̄p̄ familiam Rholingerūm, om-  
nigena bonarum literarum doctri-  
na, prudentia, opibus, autoritate  
pollentiss. semper fuisse, quis ne-  
gabit. quibus tu mi Carole, si addi-  
deris spei de te conceptæ similem  
diligentiam ( nam parens ille tuus  
quantum in diligendo tibi præce-  
ptore viro aliquo doctissimo ac  
pio labore, tute nosti) procul du-  
bio suscitabis tuarum laudum pre-  
cones olim doctiss. Ego ætatulæ  
tuæ, his, si quid mihi iudicij, Histo-  
riarum studium inculcandū duxi.  
Evidem cum sperem εγκυλωτα  
disciplinæ omnis te absolu-  
turum, non ut uel publicis concio-  
nibus hominum animos pascas,  
non ut patrocineris iure periclitan-  
tibus, non ut parum benē ualentib-  
us medearis, sed ut bonū, piūm &


N V N C V P A T O R I A  
& frugi te ciuem præstare possis,  
hoc dabit largè, crede mihi, unicæ  
illa ac uera Historiæ cognitio, que  
artibus, ceu fundamento, liberali  
libus fulcitur, facultatibus dignio-  
ribus ædificatur, ac præcipuum sin-  
gulareq; hoc habet, quod ex omni  
bus studijs, unum sit, ac integrum,  
cum cætera partibus constent, ne  
dicam interim de suauitate illa ad  
mirabili, qua omnes huiusmodi  
studio addicti, honestiss. quæq; ac  
utiliora addiscere possunt. Hæc,  
mi Carole, si capis, eo animo un-  
de profecta sunt, accipe, sin minus  
proculdubio aliquādo amorī quo  
te prosequor tenerrimo, hanc in-  
scriptionem dabis. Vale apud pa-  
rentes tuos mihi patronus. Iterum  
vale, spes Rholingerūm lætiss.  
Auguste Vindelicorum Cal. Ian.  
Anno M D XLIII.

120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000









# CORIOLANVS CEPIO, CLARISSIMO

Marco Antonio Mauroceno,  
equiti, apud illustrissimum Du-  
cem Burgundiae Venetorum  
oratori felicitatem,



VVM PRAEFECTVS TR-  
remis ad classem proficisce-  
rer, quam felicissimus Im-  
perator Venetorum Petrus  
Mocenicus cōtra Othoma-  
num Turcorum principem  
ducebat: uehemēter rogasti me, ut quicquid  
in hac expeditione gestum esset, literis man-  
darem: affirmans, ea te Apollinis oraculo  
uertiora habiturū, quæ à me scripta forent.  
Igitur ut tibi morem gererem, quæ ab Im-  
peratore Mocenico per quadriennium ge-  
sta sunt, annotavi. Tanto enim tempore &  
ille imperium gessit, & ego præfectura fun-  
ctus sum. Quapropter opusculum in quo  
hæc scripta sunt, tibi mitto: quod quum per  
legeris, non minus te egregias Imperatoris

C O R I O L A N T

victores, quam magnifica ipsius gesta admittaturum certum habeo. meritoq; damnabis eorum sententiam, qui affirmare solent, efficiam esse naturam: nec producere tales uitios, quales priscis temporibus extiterunt: omniaq; mundo senescere degenerasse: quam falsi sint, uel ex hoc maximè apparer. Nam si apud Græcos atque Romanos multi ob singulas uirtutes clari habiti sunt, quid de Mocenico Imperatore dicendū sit: cui quid simul contulit. Omitto genus clarum, formam grauem, atq; regiam dignitatem, præse ferentem eloquentiam promptam, ceterasq; naturæ dotes: de his dico, quæ propriæ hominis sunt. Est enim moribus integer, uita sanctus, in bello magnanimus, in devictos clemens, in rebelles seuerus & asper, in subditos indulgens, in omnes deniq; iustissimus: alieni abstinentes, sui liberalis, & qui omnes cupiditates atq; animi illecebras facillimè spernit. Nonne ergo iure hunc uitium, non solum conferre, uerū etiam præponere priscis illis Imperatoribus atq; Ducibus debemus: gratiasq; agere nostris temporibus, quæ talem tantumq; uirum tulerunt. Et quoniam solent pictores, alicuius egregij

E P I S T O L A .

egregij artificis exactum signum atq; ima-  
ginem ad imitandum proponere, ut tales  
ipsi euadere possint, quales auctores illius  
picturæ fuerint: sic etiam huius optimi Im-  
peratoris, clarissimiq; Principis atq; Ducis  
mores & uitam te æmulari uelim, ut quium  
tius uirtutes assequutus fueris, honores  
quoq; ac dignitates, summum de-  
nique principatus gradum in  
republica obtinere pos-  
sis. Vale.

b a

१८६५  
१८६६  
१८६७  
१८६८  
१८६९  
१८७०  
१८७१  
१८७२  
१८७३  
१८७४  
१८७५  
१८७६  
१८७७  
१८७८  
१८७९  
१८८०  
१८८१  
१८८२  
१८८३  
१८८४  
१८८५  
१८८६  
१८८७  
१८८८  
१८८९  
१८९०  
१८९१  
१८९२  
१८९३  
१८९४  
१८९५  
१८९६  
१८९७  
१८९८  
१८९९  
१९००

**CORIO-**  
**LANI CEPIONIS**  
**DALMATAE, PETRI MO-**  
**CENICI IMPERATORIS.**  
**GESTORVM LIBRI TRES.**

L I B E R   P R I M U S .



VVM VENE-  
tijs nunciatum esset,  
Othomanum Turco-  
rum Principem ingen-  
tibus copijs terra ma-  
riq; Eubœam inuasisse,  
Chalcidemq; eius-  
dem insulæ urbem in-  
tra paucos dies expugnasse, omnesq; insu-  
las atq; ciuitates Græciæ copiarum magni-  
tudine Othomani perterritas, iam non in  
virtute, sed in fuga spem habere: nam clas-  
sis Othomani numerum trecentarum na-  
uum expleuerat: terrestres uero copiæ cen-  
tum & uiginti millia militum excedebant,

## 2 C O R I S L A N T

Ciuitas trepida atq; de statu rerum sollidata, etiā propriæ saluti diffidere cœpit. Tunc & supplicationes indictæ, & uota publicè priuatimq; suscepta, si status reipublicæ integrer maneret. Tum Patres rogati conueniunt: fit frequens Senatus: graues atq; uatiaæ sententiæ dicuntur. Tandem nihil potius in re fore decernunt, quām eligere probatissimum Imperatorem, qui & auctoritate sua labantes ac fractos animos sociorum & subditorum confirmaret, & uirtute atque animi magnitudine tanto hosti obuiam iret. Fit Senatus decretum, ut Nicolaus Canalis Imperator reuocetur: deinde omnibus suffragijs ad tale negocium idoneus Imperator designatur Petrus clarissima familia Mocenica ortus, quæ gens à primordijs ipsius urbis inter patricias familias semper habita est. De qua etiam multi clarissimi Imperatores naualis belli gloria uiari illustres fuere. Thomas denique indutus Venetorum Dux, qui ob magnitudinem rerum gestarū cœlo & immortalitate dignus extitit. Petrus quoq; ipse non minus ob uitæ integritatem, atque fidei sanctimoniam, quām ob animi magnitudinem & belli peritiam clarus habetur. Quapropter & strenuus

nius Imperator, Senatorq; optimus, & ci-  
vis bonus semper existimatus est. Itaq; acce-  
pto imperio, armata trireme, festinè atque  
sine mora nauem concendit, intraq; pau-  
cos dies Fauonio flante Venetijs soluit: pro-  
speraq; nauigatione usus non post multos  
dies in Græciā uenit. Postquam igitur ad  
eam prouinciā delatus est, nihil antiquius  
ratus, quam fractos animos sociorum, præ-  
sentia sua, atque oratione confirmare, om-  
nes insulas atque ciuitates Græciæ percur-  
rit: benigna oratione ciuiū deicctos ac pro-  
stratos animos erigit, excitatq;, affirmans  
non uera uirtute, sed dolo Othomanum  
Chalcidem expugnasse: qui tanquam latro  
ex infidijs inopinantes atq; imparatos ag-  
gressus erat: breuiq; se effecturum, ut Otho-  
manus ad sua tutanda, potius quam ad a-  
liena rapienda uires atque animum inten-  
dat. Vbi satis cōfirmatos omnium animos  
perspexit, nauigationem Eubœam uersus  
dirigit. Iamq; fretum quod Eubœam à con-  
tinenti diuidit, intrauerat: quum offendit  
Nicolaum Canalem Imperatorem collecto  
undique magno numero nauium, distribu-  
tisq; ordinibus Chalcidem aggredi, atque  
oppugnare uelle. Statuerat enim fortunam

experiri, si quo pacto amissam urbem recuperare posset. Nicolaus cōspecta naue Mocenici (ex signis aduertit successorem aduenire) euestigioq; naui desiliens scapham ascendit, & ad Mocenicū uenit. Vbi complexi atq; consalutati inuicem sunt: Nicolaus, Vides (inquit) optime Imperator, uidetis magnitudinem classis, quam accitis undique nauibus comparaui, omnibusq; ad oppugnandam urbem necessarijs instruxi. Præterea distributis partibus Præfectis ac turmarum Ducibus, qua quisq; urbem oppugnaret ordines optimè disposui. Quapropter magnam spem in manibus urbis recuperandæ habes. Igitur trado tibi imperium, rem à me inceptam prosequere, absq; dubio urbe potitus. Mocenicus uero reipublicæ potius, quam dignitatis suæ habita ratione, ne aduētu suo ipse nouus, & consiliorum sui antecessoris ignarus rem turbare uideretur, respondit: Nicolae, perge ut cœpisti, dummodo reipublicæ proficias, me uel socium, uel comitem habeo ad omnia urbem amissam recuperare possis. Nicolaus nihil se agere uelle respondens alienis auspicijs, imperio se abdicat. Tum Mocen-

cus

LIBER 15  
eus Nicolaum potius magnifice, quam ex  
animo loquutum, conatusq; frustra fieri  
aduertit. Nam & copiae, quas Nicolaus ex-  
posuerat, obtruncatis duobus præfectis tri-  
remium, in fugam uersæ, aliquot etiam na-  
ues tormentis, quas bōbardas appellamus,  
fractæ atque perforatae erant: quæ uix, ne  
submergerentur, se sustinebant. Itaq; amisi-  
sa spe potiundæ urbis, cuiuscunque gene-  
ris naues subitario apparatu excitas, om-  
nes dimisit: & quoniam iam transfacta æsta-  
te, hibernum tempus appetebat, cum reli-  
qua classe nauium longarum ad Pelopon-  
nesi urbes se recepit. Ibi enim statuit, futu-  
rum expectare annum, habens in animo  
adueniente æstate aliquod præclarum faci-  
nus facere, quo posset acceptam cladem su-  
periori anno amissæ Eubœæ resarcire. Inte-  
rim tamen & naues inualidas reficere, & a-  
lias circum Aegeas insulas mittere, ad con-  
firmandos sociorum animos operam da-  
bat. Dum hæc in Græcia aguntur, designan-  
tur Venetijs duo Legati uiri ætate graues,  
maritimiq; belli haud ignari, Marinus Ma-  
lipetrus, & Ludouicus Bembus, quorum  
consilio Imperator in bello administrando  
uteretur, qui armatis triremibus appetente

## 6 CORIOLANI

uere ad imperatorem mature se conferunt  
cum eo simul quid aestate noua agendum,  
quid ue esset potissimum & ad opprimen-  
dum hostem, & rei publicæ statum confir-  
mandum deliberaturi. Ferdinandus quoq;  
Apuliae Rex, ex fœdere misit naues rostra-  
tas decem, sub Rechaiensio Duce, qui ex  
consilio Imperatoris nostri bellum contra  
Turcum gesturus esset. Ottomanus Turco-  
rum Princeps, ueritus (opinor) ne ob amis-  
sam Eubœam Christiani Principes simul  
conspirarent, belloq; se opprimerent, expe-  
rii statuit, si quo pacto rem cum Venetis  
componere posset, uel tempus trahendo, ar-  
gentitatem Chalcidicæ clavis lenire, usus o-  
pera atque ministerio nouercæ suæ mulie-  
ris Christianæ, Georgij olim Tribalorum  
Despotæ filiæ. Quæ cognita priuigni uo-  
luntate, ex suis domesticis fideliorum Vene-  
rias misit. Cui mandat, daret operam, ut Ve-  
neti legatos ad Turcum mittant: affirmans,  
si uenerint, ex sententia rem composituros  
esse. Mittuntur ergo duo legati, Nicolaus  
Coccus, & Franciscus Capellus, qui con-  
scensa naui, primū ad Despotæ filiam, que  
in quodam uico Macedoniae à priuigno ci-  
dato, tunc manebat. Inde alloquuti mulie-  
rem

tem, terrestri itinere Byzantium se conser-  
runt, ubi salutato ex more gentis Turco-  
rum Principe, reliqua per internuncios a-  
gunt. Et quum de conditionibus non con-  
uenirent, legati per literas, quas pacis condi-  
tiones Tercus offerrer, Senatum certiorem  
reddunt. Veneti reiectis conditionibus, ex  
Senatus decreto legatos domum reuocant.  
Interim Frāciscus Capellus febri correptus  
moritur. Nicolaus alter legatus, primum pi-  
scatoria nauicula Lemnum, inde nactus Ve-  
netam triremem, Cretam se contulit. Dum  
legati proficiscuntur, dum de cōditionibus  
agitur, in mittendis etiam atq; remittendis  
literis, tota aētas effluxit. Qua etsi Impera-  
tor cupiditate arderet patrare aliquod egre-  
gium facinus, & se & suorum maiorū glo-  
ria dignum, dissuadentibus tamen legatis,  
nihil actum est. Verebantur enim, ne Bar-  
barus hostis bello lacesitus, oratoribus ui-  
ris nobilibus atque innoxijs manus infer-  
ret. Igitur iam instantे hyeme, dux regiae  
classis Neapolim ad Regem se recepit. Ma-  
rinus quoquē Malipetrus cum Ludouico  
Bembo legati domum reuocantur. Veneti  
de compositione rerum cum Turco spe reie-  
cta, in sequentem annum bello se p̄p̄ara-

## 8 CORIOLANI.

re statuunt. Mirtuntur ergo oratores pri-  
mum ad Romanum pontificem, deinde ad  
Regem Ferdinandum, quatenus eos mo-  
nerent, suaderentque, ut ad opprimendum  
communem hostem pestemque perniciosissi-  
mam Christianæ religionis, animum atque  
uires intendant. Pontifex accepta benignè  
legatione, se pro uirili sua non defuturum  
promisit. Ferdinandus quoque Rex summo  
studio nauare operam in annum futurum  
pollicitus est. Imperator etiam misit nun-  
cios cum literis, & ad magistrum Rhodizè  
religionis, & ad Regem Cyprium, ut uere  
ineunte bello se prepararent, nauesque ex fœ-  
dere debitas mitterent. Interea ipse cum clas-  
se circum Aegeas insulas obnauigat. Time-  
bat enim, ne hostis nauctus opportunitatē,  
aliquam ex foederatis ac subditis insulis op-  
primeret. Nam multa in eis oppida debilia  
ac malè munita sunt. Dum in his locis cum  
classe moratur, accepit uicum Ionię opulen-  
tissimum, temerè sine praefidio esse. Situs  
est in continenti, ex aduerso Chiorum op-  
pido, Passagium incole uocant, in quem to-  
tius penè Asiacē prouinciae merces compor-  
tantur. Inde Chium deuehuntur. Ea urbs  
his temporibus sub Genuensium ditione  
simul

LIBER

9

simul cum insula posita, omnibus ferè Ita-  
liae populis commune emporium est. Qua  
propter Passagium, & frequentibus habita-  
toribus, & tabernæ in eo mercibus repletæ  
sunt. Igitur sublucano tempore Imperator  
cum classe ad littus uico proximum appli-  
cuit. Ibi milites exposuit, ac nauales socios,  
quibus addidit etiam non paruam partem  
turbæ remigum. Omnibusq; præfecit ma-  
gistrum suæ nauis, quem vulgo Comitum  
appellant, qui è uestigio instructa ac dispo-  
sita acie, uelocissimo gradu ad uicum ten-  
dit. Coloni ac uici habitatores, subito hoste  
ac insperato malo perterriti, ad proximos  
montes diffugiunt. Nostri uicum habitato-  
ribus uacuum, sed omni Barbara mercere  
fertum, intrant, diripiunt, distrahuntq; om-  
nia: pictis tapetis, uersicolori ac serica ueste,  
pannoq; hircinæ lanæ, quem Zambilotum  
dicunt, & omni alia preciosissima merce se  
onerant. Cætera ferre non ualentes, cum te-  
atis supposito igne comburunt, prædamq;  
omnem ad naues referunt. Imperator dita-  
ta classe ad reficiendas naues in hiberna Me-  
thonam se recepit. Brumæ enim tunc erat  
tempus, annisq; pars saeuissima. Nec Metho-  
ne illi multos dies manere licuit, Motus  
enim

enim crebris rumoribus, qui de Turcorum  
classe ferebantur, Lemnum uersus nauiga-  
re statuit. Erat autem fama, Othomanum  
ad occupandam eam insulam quadragin-  
ta triremes optimè instructas præparasse.  
Itaque Imperator paratis necessarijs, acce-  
proq; commeatu, uelocissimo cursu cum to-  
ta classe Lemnum se contulit. Comperit ibi  
de Othomani classe rumorem falsum fuis-  
se. Lemnos insula duo oppida habet, Palœo-  
castrum, & Cacinum appellant. Cacinum  
terrœmotu quassum funditus corruerat: ma-  
xima etiam pars murorum acturrium Pa-  
lœocastri, quæ Imperator summo studio re-  
ficere ac restituere curauit: præsidiumq; mili-  
tum, quos ex Peloponneso adduxerat, op-  
pido imposuit. Compositisq; insulæ rebus,  
inde soluës Methonam reuersus est. Dum  
illic naues reficere, necessariaq; ad bellum  
parare studet, Venetijs designantur duo le-  
gati, uiri ob res gestas domi forisq; clarissi-  
mi, Stephanus Malipetrus, & Victor So-  
pratius, qui sumpto magistratu naues con-  
scendunt, ad Imperatoremq; se mature con-  
ferunt. Vbi habitu simul colloquio, com-  
muni consensu statuunt, præter nauales co-  
pias, decem equites in singulas naues acci-  
pere

Pere. Per omnes enim urbes Peloponnesi,  
quæ Venetorum sociæ, ac subditæ sunt, ha-  
bent Veneti mercenarios equites, natione  
Epirotas, quos Græco uerbo Stratiotas uo-  
cant, uiros magni animi, & ad omne faci-  
nus peragendum paratos, qui crebris ex-  
cursionibus totam illam partem Pelopon-  
nesi, quæ Othomano subiecta est, deuastan-  
tes penè ad solitudinem redegerunt. Hæc  
gens natura ipsa hoc illi tribuente, est rapa-  
tissima, magisq; ad prædam, quam ad præ-  
lum apta atque instructa. Utuntur scuto,  
ense, atque hasta, pauci lorica, reliqui bom-  
bycina thorace contra hostium arma se mu-  
niunt: equos etiam exectos ad sustinendos  
uel longissimos cursus aptos habent. Præ-  
ceteris tamen uirtute & exercitatione pol-  
lent, qui Neapolim inhabitant. Ciuitas est  
Peloponnesi in Arguorum agro sita. Igi-  
tur imperator & legati simul cum tota clas-  
se, Neapolim se conferūt. Equites nauibus  
imponunt: inde ad excurrendas ac depræ-  
dandas Asiae maritimas prouincias, totis ui-  
tibus contendunt. Græcas autem prouin-  
cias, atque insulas Othomano subdictas, im-  
perator nunquam uel minimo danno affi-  
cere uoluit: quoniam præter præsidia, atq;  
magi

magistratus ab Othomano impositos, populi omnes Christiani sunt. Asia uero provincia tota Barbara atque infidelis, Macho metanaeis superstitioni dedita ac deuicta est. Quapropter totam Graeciam præternauigans, Lesbum uenit atque ad Orientale promontoriū insulæ, quoniam ea pars habitatoribus uacua erat, habens portum tu-tissimum cum tota classe se contulit. Ex opere est Aeolia regio opulentissima, habens oppidum maritimum Castrum appellatum, sicut in agro Pergameno. Pergamus fuit olim ciuitas in terra Asia celebrata, in qua primū usus chartæ ex pellibus caprinis inuentus est: quamobrem & Pergamena dictæ sunt. Huius urbis Reges maiori parti Asiae imperitarunt: quorum ultimus Attalus Philopater Romanum populum hæredem instituit: nūc uix uestigia quidem tantæ urbis apparent. Ager tamen propter fertilitatem frequentibus uicis habitatur. Itaque intempesta nocte Lesbo soluens ad ulteriora littora summo mane uenit. Exportatis equitibus, magna etiā parte naualium copiarum, omnibus preposuit Jacobum Parrotum magistrum classis, quem uulgari ac uernaculo sermone Admiraliā dicimus.

Huius

Huius officium est, cursum nauigationis diligere ac disponere, nauali etiam turbæ ius reddere, & ob leuia delicta in eos animaduertere; grauiora uero peccata puniendi Imperatoris munus est. Quo duce ac prefecto posthac Imperator ad omnes excusiones usus est. Igitur dux locato ad subsidia idoneo numero equitum, additis etiam naualibus socijs ac militibus: cæteros omnes ad depopulandum agrum misit. Qui ueluti è carcerebus missi, citatissimo cursu omnes uicos circumiacentes excurrunt, magnum numerum mortalium capiunt, omnium pectorum græges agunt. Præterea uaria supellectili se, ac armenta onerant. Dum nostri cum præda reuertuntur, equites hostium ex proximis locis exciti, simul coeunt. Nam qui manus nostrorum effugerant, clamori bus atq; ululatibus omnia compleuerant. Itaque cuneo facto hostes prius ædito magno clamore, sperantes prædam recuperare posse, nostros aggrediuntur. Nostri uero equites cōuersis equis, magno impetu prælium ineunt. Obtruncatis multis ex hostibus, cæteros in fugam uertunt. Itaque omnis præda ad naues reducitur. Equites interactorum hostium capita imperatori offerunt.

ferunt, singulos aureos in singula capita accepturi. Nam Imperator promisit at uniuscuique interfecuti hostis caput deferenti, aureum se soluturum, quod semper postea seruatum est. Imperator oneratis praeda nauibus, ad quandam insulam desertam ac portuosam, quam nunc Sanctam Panagiam vocant, quae inter Chium ac continentem sita est, se recepit. Ibi omnem prædam exposuit, elegitq[ue] treis quæstores ex præfectis nauium, duos Venetos, tertium Dalmatam, quem morem etiam creandorum quæstorum semper tenuit. Quæstores uero primùm decimam totius prædæ, iuxta antiquissimum morem Venetorum, Imperatori dant. Equites ex præda per eos capta, factis partibus, duas pro se retinent, tertiam quæstoribus assignant, ita enim cum Imperatore conuerterant. Captiui autem omnes, quos nauilis turba ceperat, quæstoribus traduntur, quos omnes posita hasta sub corona uendunt. Deinde pecuniam hoc modo distribuunt. Primum omnibus ex naualibus, qui hostem captiuum adduxerat, tres aurei dantur. Deinde impensæ uictus equitum, quas præfecuti nauium fecerant, soluuntur: reliqua pecunia æquis portionibus in naues diuî

diuiditur. Legatis uero quantum singulae  
naues acceperant, duplum datur. Præfeci  
accepitam pecuniam, portionem tertiam si-  
bi retinentes, reliquam inter naualem tur-  
bam pro conditione hominum diuidunt.  
Quibus expeditis, Imperator nocturna na-  
uigatione ad insulas Cariæ adiacentes ue-  
nit, depopulaturus eam partem regionis,  
qua olim Gnidiorum ager fuerat. Gnidus  
autem fuit ciuitas Cariæ, propter duos por-  
tus ac naualia clara & celebris. Cuius diru-  
tae & euersæ multa monumenta etiā nunc  
extant. Nam & theatri ædificium, & tecto-  
rum ac templorum quadrati lapidis mœ-  
nia semiruta & disiecta uisuntur. Ager quo-  
què absque alia mitiori cultura, à pastori-  
bus tantum habitatur. Igitur Imperator  
sub lucem, ad quendam sinum illius regio-  
nis, Barbanicola uocatum, applicuit. Eue-  
stigio emissi equites ac naualis turba, absq;  
ordine omnia percurrunt: maximum nu-  
merum hominum cuiusque ætatis ac sexus  
capiunt. Præterea pecoris quātum ad usum  
satis nemine resistente accipitur, Aliarum re-  
rum, præter paucos tapetas & centones ni-  
hil. Ex centonibus enim illa gens & taber-  
nacula portatu facilia (quoniam stationes

pascendi pecoris gratia s<sup>e</sup>pe mutant) & cul  
ciras dormiendi causa faciunt. Imperator  
imposita in naues omni præda, ad Delon  
insulam uenit. Hæc olim ob insigne Apollii  
nis templum, & sacrorum cærenionias con  
uentibus uniuersæ Graciæ celebrata fuit,  
nunc deserta ac inhabitata est. Extat tamen  
tēpli, & amphitheatri uestigia albi marmo  
ris: columnarum quoq<sup>z</sup>, ac signorum maxi  
mus numerus. Colossus etiam cubitorum  
quindecim, cum hac inscriptione, <sup>r<sup>a</sup>fer &</sup>  
~~τόλλωρ~~. Sunt & cisternæ multæ, miræ ma  
gnitudinis, etiam nunc aquarum plenæ.  
Hic per quæstores ex instituto omnis præ  
da diuisa est. Deinde facta licitatione, capti  
ui uenduntur, pecuniaq<sup>z</sup> redacta ex consue  
tudine diuiditur. Quibus peractis, Impera  
tor quoniam commeatus classi defecerant,  
ad Peloponnesi urbes diuertit. Inter nauis  
gandum uero ad Malæum promotorium.  
Rechaiensis regiæ classis dux cum decem  
septem triremibus, ei occurrit. Vbi nautico  
rum more, celeumate ac signis inuicem con  
salutati, simul Methonam uenient. Ibi im  
perator accepit, Cardinalem quoquè lega  
tum Pontificis Romani cum classe adueni  
re. Deinde acceptis cibarijs, simul cum re  
gio

gio duce, ad insulas Asiae adiacentes matu-  
rè se contulit. Habent Rhodij oppidum o-  
pere ac defensoribus munitissimum, ac in-  
expugnabile: quod Castellum Sancti Petri  
uocant, situm in ea parte Cariæ, quæ Choo  
insulæ opposita est: ad quod multi Christia-  
norum seruitutem Turcorum fugientes, ex  
tota Asia quotidie se conferunt: & quoniam  
extra munitiones hostis omnia tenet, oppi-  
danis ne lignandi quidem gratia exire li-  
tet. Hic mira de canum sagacitate ac soler-  
tia narrantur. Habent enim oppidanî ultra  
quinquaginta canes, quos nocte extra mu-  
nitiones tenent: ad quos si quis Christiano-  
rum peruerterit, benignè excipiunt, & cum  
plausu ad oppidum ducunt. Si uero in ho-  
stem inciderint, latratibus persequuntur &  
dilacerant. Et si cui hæc mira ac incredibilia  
uidentur, legat Plinium in Naturali histo-  
ria, qui de hoc animali multa maiora tradi-  
dit. Quapropter Imperator, ut oppidanis  
ad necessaria exire, atq; euagari longius fa-  
cultas daretur, circumiacentes uicos oppi-  
do depopulari statuit. Ergo tota nocte na-  
vigans, dum adhuc tenebræ essent, ad littor-  
a oppido proxima uenit. Sed quum aduer-  
tisset uel minimam partem nauium secum

esse, nihil agendo, diem operiti statuit. Si-  
lentio enim lunæ nox obscura erat, impe-  
dientibus etiam cursum nonnullis scopu-  
lis, rectores nauium per errorē alia ex par-  
te cuiusdam promontorij, naues appule-  
rant. Sed quum iam illuxisset, præfecti ad-  
uertentes Imperatorem secum non esse, so-  
lutis funibus, ac sublatis ancoris, promon-  
torium circumremigantes, mature se ad Im-  
peratorem conferunt. Imperator ilicò expo-  
nere equites, partemq; turbæ naualis iubet:  
iamq; diei hora prima erat. Incole uisa clas-  
se, imbellem turbam ad montes fugere co-  
gunt. Ipsi se ad conserendam manum cum  
hoste præparant, uiribus ac asperitate loci  
freti. Hi enim uiri, propter assiduas cum op-  
pidanis concertationes, præ cæteris Asiati-  
cis uirtute pollent. Nostri uisa aduersario-  
rum audacia, instructi procedunt: & quum  
ad iactum lapidis iam uerū cset, magno  
clamore ab utraque parte ædito, infestis ar-  
mis concurrunt. Atrox prælium committi-  
tur. Equites impediētibus præruptis saxis,  
nostris non multum auxilio fuere. Naua-  
les uero socij ac milites, eminus plumbea  
glande tormento emissæ, & sagittis, comi-  
nus ense & hasta hostem feriunt. Hostis  
quog;

quoq; missilibus, quibus maximè præualebat, nostrorū multos fauciāt. Sterit aliquantulum anceps prælium. Tandem nostri & numero & uirtute superantes, obtruncatis multis hostem in fugam uertunt. Multi uiui capiuntur. Cæteri ad præruptos montes, atque in uios anfractus se recipiunt. Nostrī fusis fugatisq; hostibus, per omnes uitios ad deprædandum discurrunt, ferro igniq; cuncta deuastantes. Itaque deprædati omnibus, maximè taperis onusti, ad naues redeunt. Nam in his locis mulieres præcipue sunt operariæ, tapetorumq; textrices, quæ non solum ad usum, sed etiam ad mercaturam operam suam exercent. Homines pauci, præter aliquot mulieres, quæ asporrandi sua cupidæ non aufugerant, capiuntur. Allata sunt Imperatori hostium capita, absque numero. Hostes uiui in prælio capti quām plurimi. Ex nostris desideratus nemo. Sagittis uulnerati ad quinquaginta sunt. Quarta deinde die ad quēdam locum Cariæ, qui nunc Tabia dicitur, summo diluculo uenit. Ibi coeuntia ex utroq; latere maria, magnam partem Cariæ peninsulam efficiunt. Ager Halicarnassœorum olim erat, quæ ciuitas fuit regia Principum Cariæ: in

qua Artemisia Regina Mausolo viro suo monumentum miræ magnitudinis, ac ope re insigne construxit, quod & ex uiri nomine Mausoleum appellauit. Et postea inter septem mirabilia mundi connumeratū est. Ex quo etiam omnia monumenta præclara, Mausolea dicta sunt. Cuius nos inter urbis ruinas uestigia uidimus. In his locis homines ignavi, & ab agricultura abhorrentes, pastoriam exercent. Itaque equites ac pedites expositi, cursim omnia peragrant. Prædam ingentem hominum ac pecorum agunt, quam absque mora ad naues adducunt. Assumpta ergo Imperator in naues præda, ad insulam inhabitatam, cui Capriæ nomen est, uenit. Ibi ex instituto iam more præda omnis per quæstores nouos diuisa, deinde posita hasta captiui uenditi, & pecunia distributa est. Nam mos erat Imperatori nouæ prædæ, nouos quæstores designare. Dum hæc aguntur, nunciatum est legatum Pontificis cum classe adesse. Igitur Imperator instructa armis, signisq; ornata classe, obuiam ei procedit. Cui occurrentis ipse, & tota classis, celeumate, ac ceteris quæ lætitiam animi exprimere & ostendere solent, legati aduictum excipiunt. Deinde imperator

perator ad legatum se contulit. Quo salua-  
to, Audisti (inquit) forsitan ac legisti, opti-  
me pater, multa quæ Senatus Venetus pro-  
fide Christiana, ac libertate Ecclesiæ, stre-  
nuè & magnificè gesserit, nunc etiam ui-  
des. Nonus enim iam annus uoluitur, ex  
quo Veneti cæteris Principibus Christianis  
torpentinibus, præter Ferdinandum Regem,  
graue & periculorum bellum gerunt, ac su-  
stinent. Nec nos pœnitet laborum & im-  
pensæ, modò reipublicæ Christianæ profu-  
turi simus. Quoniam igitur his diebus Ae-  
liam atque Cariam, opulentissimas Barba-  
ri hostis regiones, omnia ferro igneque pro-  
sternendo, pecore ac colonis expoliaui: nunc  
quia ades, tuo ductu atque auspicijs cætera  
agentur. Tum Cardinalis: Et legi, & au-  
diui, & etiam nunc uideo, egregie Impera-  
tor, Venetorum animum in defendenda re-  
ligione Christiana, supra omnes Reges ac  
Principes præcipuum fuisse, Venetosque suis  
armis multas Christianorum gentes ac pro-  
vincias à Barbarorum rabie defendisse. Tu  
quoque magis, quam cæteri Imperatores o-  
peram nauasti, audaciamque rabidi hostis  
tua uirtute fregisti. Igitur macte uirtute, ad  
reliqua agenda strenue perge. Ego autem,

ut par est hominem religiosum, supplicio ratione Deum optimum maximumq; precabor ut tibi felices successus tribuat. Copie uero quas adduxi, tuum imperium sequentur. Venit ad eos & regius dux (ipse enim cum sua classe aderat). Itaq; simul collocati, Samum diuertunt, ibi deliberaturi quid potissimum agendum sit. Samos insula deferta est, olim ob fertilitatem celebratissima fuit. Nunc feris tantum cuiuscq; generis referta mellis quoq; sylvestris per sylvas passim abundans. Aquis etiam dulcissimis undiq; scatens. Hic equos, cæterasq; copias, ad resumendas uires, atq; animi laxandi gratia exponunt. Milites, ac turba omnis uenationi incubit, per saltusq; ac ferarum latibula discurrent. Dum uariæ feræ capiuntur, adolescens quidam Dalmata natione & lingua, urso miræ magnitudinis occurrit. Dumq; eum uenabulo transfigere studet ursus uitato ictu adolescētem occupat, atq; prosternit. Iuuenis præsenti animo, ambas auriculas eius manibus apprehendit, caput que ferè à se tamdiu remotum tenuit, ne ab ea dentibus laceraretur, quoad alter adolescens eiusdem gentis accurrens, ursum atergo gladio interemit. Cadit itaque ubique magnus

magnus numerus ferarum: tota classis ue-  
natione repletur. Aguntur festi dies, grega-  
lis turba epulis ac uino indulget, præcipue  
Illyrici, quorum inter nauales copias maxi-  
mus numerus est. Pateris uina propinan-  
tanticis ad bibendum socios inuitates. Vbi  
ad satietatem repleti sunt, aetorum memo-  
res, unusquisque operam suam iactando ma-  
gnificè extollit. Solent enim rebus bene ge-  
stis etiam ignauii gloriari. Interim principes  
congregati, quid potissimum agendum sit,  
consultant. Tum ex communi sententia A-  
taliam Pamphyliæ urbem, quæ ab Atalo  
Philadelpho condita est, subitario appara-  
tu oppugnare statuunt, sperantes si de re-  
pente improvisam aggredierentur, absque  
bombardis, & murorū deiectione urbe po-  
tiri. Atalia, urbs est littoralis, omnium mari-  
timarum Asiae prouinciarum maxima: habens  
portum multis turribus ab utro que late-  
re munitum, & catena clausum: propter  
ea Aegyptijs ac Syrijs mercatoribus cele-  
brata. Quamobrem toti prouinciae com-  
mune emporium est. Igitur Imperator præ-  
fectos nauium ad se uocat, uti scalas & cra-  
tes binas aut ternas in naues conficerent,  
iubet. Quibus strenue paratis Samo sol-  
uit

uit: Zephyro flante Rhodum præternaui-  
gans, uelocissimo cursu ad insulas Chelido-  
nias delatus est. Rhodijs quoq; duas trire-  
mes in auxilium mittunt. Erat autem nu-  
merus uniuersæ classis nauium octuagin-  
taquinque. Ex quibus Pontifex decem &  
nouem miserat: Regiæ decem & septem e-  
rant: Rhodiæ duæ: Venetæ quadraginta &  
septem, in quibus Dalmaticæ duodecim. Non  
nullæ ex Venetis ad munia obeunda ab Im-  
perator eis demandata aberant. Hic Impe-  
rator inito nauium numero ad urbem ren-  
dit: distabat autem millia passuum sexagin-  
ta: hora erat diei ferè decima. Itaq; tota inse-  
quenti nocte, aduerso uento remigando,  
hora diei tertia, ad littus urbi proximum  
classem appulit. Hinc Victorem Soprantiū  
legatum, cum decem nauibus, ut portum  
oppidi capiat, mittit. Stephano Malipetro  
alteri legato, cum reliquis naualibus copi-  
is, à parte continentis urbem oppugnare iu-  
bet. Equitibus mandat, ut proximum col-  
leum urbi præsidij causa capiant. Omnes mo-  
net, essent memores pristinæ uirtutis, pu-  
gnaturi contra Barbarum hostem, imbel-  
lem atque imparatum, pro religione Chri-  
stiana, ac maiestate Veneti Imperij: osten-  
dens

dens urbem opulentissimam auro, argento, preciosaque supellectili refertam: quam si caperent, diuites domum esse reddituros affirmat. Omnes alaci animo orationem Imperatoris accipiunt. Quibus dimissis, ipse cum legato Pontificis, ac regio duce in nauis continet: inde si qua necessaria postea forent, subministraturus. Equites ergo uelociissimo cursu in omnia excurrunt, prædam hominū ac pecorum agunt, deinde ad collēm sibi demonstratum se conferunt. Victor Soprantius impulsa remis naue, celeri cursu ad portum uenit, ac primus magno impetu, ingrumentibns undique bombardis, tellis ac sagittis catenam frègit, atque portum intrat. Subsequuntur reliquæ naues. Nostris quām primum turres omneis, quæ circa portum erant, trucidatis defensoribus capiunt. Erat extra muros ad portum suburbium optimè ædificatum, in quo habitabat maximè mercatores, exponendarum atque imponendarum in naues mercium, commodi gratia: qui omnes uisa classe, subito malo perterriti, relictis omnibus in urbem confugerant. Erant tabernæ pipere, cinnamomo, gariophylo, thure, tapetis, & alia omnifaria merce plenæ. Nostris desilientes ē nauibus

nauibus, mature omnia diripiunt, prædāq  
in naues imponūt: deinde supposito igne,  
recta omnia concremant. Et quia ob altitu-  
dinem murorum urbem scalis oppugnare  
nulla spes erat, muros suffodere tentant.  
Rhodius præfектus cum suis militibus ad  
portam urbis accedit, dolabris & securibus  
portarum claustra frangere ac deicere ag-  
gressus. Interim oppidani ex opposito por-  
tas muro obstruunt, sagittisq, ac alijs missi  
libus desuper nostros feriunt. Saxa maximā  
ponderis demittunt. Præfектus Rhodiorum  
dum acriter operi instat, ingenti saxo ictus,  
cōteritur: quem sui mortuum euestigio ad  
naues referunt. Ignis conflagrantibus te-  
tis, ac impellente uento nostros perturbat,  
& ab oppugnatione submouet. Interim à  
parte continentis Stephanus Malipetrus ur-  
bem corona cinxerat, atque ad muros mili-  
tem admouerat. Erat urbs ab ea parte du-  
plici muro, ac fossa munita. Nostri autem  
admotis scalis, imperfectis defensoribus, stre-  
nuè primos muros capiunt. Vbi ad secun-  
dos uentum est, scalæ non dimidiā muro  
rum altitudinē æquare potuerant, tunc de-  
sperata scalis expugnatione, trabes undiq  
muro apponūt, cratibus desuper iactis con-  
tegunt

tegunt. Quibus paratis, nostri crates sube-  
unt, ac muros suffodiunt. Ad portas etiam  
urbis, quæ Occidentem spectant, ligna, tæ-  
dam, & aliam aridam materiam coaceruan-  
tes apponunt, & igne supposito claustra li-  
guea portarum comburunt. At oppidan-i  
has quoqz ualidissimo muro muniunt, alijs  
per muros discurrunt, saxa & alia pondera  
in suffodientes muros deuoluunt, sulphur  
ac picem ardente ad comburendas crates,  
quæ nostros à saxis defendebant, demittunt.  
Tum nostri milites eminus sagittis, ac glan-  
de plumbeo tormento excusfa, oppidanos  
à defensione murorum deturbare tentant,  
multos uulnerant, ac interficiunt. Oppida-  
ni etiam bombardis, & alijs missilibus, in  
nostros pugnant. Nonnulli sauci ex no-  
stris cadunt: atrox pugna ubique committi-  
tur. Legatus obequitans instat, hortatur, ut  
rem strenuè gerat, obtestans. Præfecti quo-  
què nauium omnes, pro uirili sua operam  
nauare student, & munia sibi demandata  
strenuè exequuntur. Erat in urbe mulier  
Christiana, Illyrica natione, multis annis  
in seruitute uitam degens, quæ per muros  
discurrens, sicubi nostros cessare, ac remis-  
se rem agere animaduerterat, increpabat.

Quid

Quid cessatis uiri? uultis ne urbem opulen-  
tissimam, atque omni Bárbara gaza refer-  
tam, malecȝ munitam, ignauia atque socor-  
dia uestra relinquere? Iam maximam par-  
tem defensorum uestris armis confosam  
esse affirmo. Quam quum Barbarus qui-  
dam sic loquentem audisset, obiurgare cœ-  
pit, ac flagra interminari. Illa periculi obli-  
ta, atque quemcunque exitum fortuna da-  
tura esset, secura uestem cōponit, ac ex mu-  
ro desiliit, quam semiuiuam nostri excipi-  
unt. Illa Christo animam commendans in-  
ter manus nostrorum expirat. Itaque mu-  
lier egregia seruitutem, quam uiua non po-  
tuit, moriens effugit. Nostri exanime cor-  
ac cupiditate potiundæ ciuitatis, ab hosti-  
bus pro patria, libertate, coniugibus ac libe-  
ris, ubique acerrimè res geritur: nox inter-  
ueniens pugnam dirimit. Legati ad classem  
redeunt, relicto ad urbem idoneo præsidio,  
ne quis exire aut intrare urbem posset. Prin-  
cipes ad legatorum aduentum coeunt. Le-  
gati acta referunt, simul edocent, urbem  
& defensoribus satis instructam esse. Pro-  
pterea sine bombardis, quibus muri pro-  
sterne

fernerentur, potiundæ urbis nullam spem  
esse, et quoniam iam hibernum tempus ap-  
propinquabat: & ad uehendas ex Peloponi-  
nese bombardas, multorum dierum erat  
opus: nec classis absque portu tutò manere  
poterat. Nam tota ora Pamphyliæ impor-  
tuosa est, unicum urbis portum habēs, uix  
quindecim nauium capacem: sinusq; Pam-  
phyliæ apertus ac expositus, maximè quo-  
què Vulturno & Austro, qui uenti præci-  
pue Pamphylio mari sœuire solent. Igitur  
ex communi sententia decernunt, in crasti-  
num obsidionem soluere, & deuastatis om-  
nibus quæ extra urbem sunt, inde recedere.  
Erant autem suburbana magnificis tectis  
adficata, & quæ frequentibus uillis specio-  
se urbis faciem præ se ferebant. Horti quo-  
què erant arboribus pomiferis egregiè ex-  
culti, ac fontibus undique manantibus irri-  
gui. Nostri itaque sequenti die, igne suppo-  
sito tecta comburunt, arbores ferro succi-  
dunt, cuncta prosternendo deuastant. Qui  
bus impigre peractis Imperator inde sol-  
uens, intra paucos dies Rhodū uenit. Qui  
dum Rhodi esset, aduenit Vsunafani Re-  
gis Persarum Orator, qui Cardinalem, ac  
Imperatorem, & reliquos Principes classis

d adicēs

adiens, narrat suasionibus ac monitis Kata  
rini Zeni uiri patricij Venetorum oratoris,  
Regem Persarum ad opprimendum Otto  
manum in expeditione esse, & iam eius du  
ces cum expedita manu, magna audacia Ar  
meniam minorem Othomano subditam  
inuasisse. Tocatq; ualidissimam urbem ciu  
dem regionis, & nonnulla alia oppida ce  
pisse. Deinde affirmat Persas equis uiris sa  
tis superq; abundare. Persas quoq; hasta, en  
se, sagittis ad pugnam idoneos. Cæterum  
reliqui instrumenti bellici ignaros, atq; ex  
pertes esse. Proinde pōtificem Romanum,  
Venetos: atq; alios principes Christianos se  
adire uelle dicit. Oraturus uti regem suum  
tormentis ad expugnādas urbes, & ad sum  
mouendum eminus hostem necessarijs iu  
uarent. Cardinalis, ac Imperator cum reli  
quis principibus, oratoris uerba benigne  
accipiunt, & ad impetranda quæ petebat,  
bene sperare iubent. Insuper ualidissimam  
classem uiris, atq; armis optimè instructam  
ostentant, affirmantes ad omnem nutum  
Regi Persarum ubiq; praesto esse futuram.  
Itaq; dimisso oratore, se ad agēdum quoad  
per tempestates liceret, præparant. Est ex  
parte occidentis oppidi sancti Petri, de quo  
supra

supra mentionem fecimus, Termeriū Myndiorum promontorium, multa millia passuum in mare excurrens, uersus Coum insulam: Regio aprica, uentis omnibus per via, uinetis atq; oliuetis, cæterisq; arboribus fructiferis optime consita. Frequentibus quoq; uicis bene habitata. In qua regione uiri tantum in præsens per autumni tempora colligendorū fructuum gratia remanserant. Nam propter belli metum, & excursions superioribus diebus in propinquis locis factas, mulieres ac pueros ad mediterranea loca abduxerant. Ad quas terras delatus Imperator, binis excursionibus ex utroque latere promontorij factis, cuncta depopulatur, prostratis quæcunq; igne aut ferro vastari poterant. Hic occisorū hostium qui resistentes interfecti erant, adlata sunt capta centum & triginta septem. Cæterum captiuorū magnus numerus, qui omnes sub hasta uenditi, & pecunia inde exacta, facta etiam portione, pontificijs ac regijs militibus diuiditur. Inde soluens Imperator cum tota classe, ad Naxon insulā uenit. Ibi enim onerariæ naues pane onustæ ex Imperatoris iussu classem expectabant. Et quoniam autumni ultimum tempus erat, regius dux

d 2      accepta

accepta missione, cum sua classe domum  
profecturus recessit. Pontificis legatus cum  
Imperatore nostro, antequam hyems in-  
grueret, aliquod egregium facinus adere  
statuunt. Edocetus enim erat Imperator,  
Smyrnam urbem Ioniæ opulentissimam,  
malè munitā esse. Cuius maxima pars mu-  
torum, ob uetustatem corruerat, quos ciues  
longa pace usi, restituere neglexerant. Et  
quoniam in longissimo sinu urbs sita est,  
& à frequenti nauigatione multum rece-  
dens, bellum ne senserat quidem. Ciues e-  
ius securi & absque metu uitam agebant.  
Igitur Imperator Naxo soluēs primum ad  
Psiram insulam inhabitatam uestigia tan-  
tum antiqui oppidi habentem, uenit. Inde  
nocturnis nauigationibus tertia die appe-  
rente luce, ad Smyrnam uenit. Cuius pars  
in monte, maxima autem in plano sita est:  
sed montana melius habitata. Tunc nostri  
maturè ē nauibus desilientes, totam urbem  
corona circumdant. Multi scalis, alijs per rui-  
nas murorum (nam ut prædixi, pluribus in  
locis muri interrupti erant) muros ascen-  
dunt, in urbem que desiliunt. At Smyrnæi  
subito & insperato malo oppressi, trepidi,  
quid potissimum agant, nesciunt: alijs arma  
capiunt.

capiunt, & ad ruinas murorum hosti occur-  
runt, atque congreguntur. Sed à nostris &  
numero & uirtute superati, sine mora truci-  
dantur. Alij tecla ascendentis, tegulis ac la-  
pidibus nostros infestant. Mulieres quoq;  
pauidæ cum adultis uirginibus, ad templo,  
quæ illi Moscheas uocant, concurrunt: pas-  
sis crinibus aras amplexantes, prophetam  
suum inuocant. Multæ cum paruis liberis  
domi se obstruunt. Nostri urbe potiti, om-  
nia deprædantes, per totam urbem discur-  
runt. Alij filios è complexu matrum abstra-  
hunt, ipsas quoq; matres capientes. Alij mu-  
liebrein turbam de templis extrahunt, Ma-  
dhometum inuocantem: reluctantes, per cri-  
nes apprehensas trahunt. Quædam uidua  
quum in monumentum uiri sui incidisset,  
complexa monumentum, quasi uiuum ad  
auxilium inuocabat: subindeq; dicebat, En-  
quis nunquam uiuos ulla uis separare po-  
tuit, nūc Barbarus hostis diuidet. Et quum  
nullo modo inde abstrahi posset, miles stri-  
cto gladio sponte præbenti ac distendenti  
collum caput abscidit, inquiens, I nunc, &  
mariio tuo te consocia. Multi mācipia sper-  
nentes, ornamenta mulierum preciosa, ue-  
stes pictas cuiusque generis, uasa ænea Dæ-

masceno opere egregie cælata, auro, argentoq; distincta, ac aliam preciosam supellecti  
lem diripiunt, ac distrahunt. Vbiq; gemitus  
ubiq; luctus exauditur. Tota urbs plancti-  
bus atq; ululatibus completur. Interim qui  
dam effugiens, præfecto urbis quem illa  
gens Subassam uocat, tunc in villa manen-  
ti nunciat, urbem captam ab hostibus, atq;  
direptam esse. At Balabanus (nomen id præ-  
fecto erat) conuocata haud parua manu è  
proximis locis, equitum, ac peditum instru-  
cta acie ad urbem subsidij ferèdi gratia ten-  
dit. Tunc nostræ classis magister qui cum e-  
quitibus, et classiariorum non paruo nume-  
ro, extra urbem ad resistendum, si qua uis  
ingrueret paratus stabat. Viso hoste obui-  
am progreditur. Et cum iam prope essent,  
hinc inde edito magno clamore laxatis ha-  
benis, atq; aduersis hastis concurrunt. Sub-  
sequuntur pedites. Cruenta pugna commi-  
titur. Nostri uero milites, qui equitibus mix-  
ti erant, à duce edocti, prælongis lanceis ho-  
stem in faciem feriebat. Pugnatum aliquan-  
diu est pari Marte. Dum hostes acrius in-  
stant, Petrus Frasina vir strenuus & inter-  
equites nostrosclarus, Balabanum hostium  
ducem, gutture hasta transfixo, equo dei-  
git, ac

tit, ac reluctantis caput abscedit. Tunc alij a-  
lios aggredientes prostrernunt. Hostes mul-  
tis obtuncatis in fugam uertunt. Deinde  
fusis ac fugatis hostibus, abscessisq; interfe-  
ctorum capitibus, uictores laeti ad urbem re-  
deunt. Tunc nostri maxime expoliatam ur-  
bem, supposito igne omnia tecta atq; ædifi-  
cia concremabant. Itaq; urbs antiqua, uaria  
fortuna, ac multis monumentis insignis,  
horarum spacio in cineres collapsa est. Hic  
uidimus multa antiqua monumenta qua-  
drati lapidis, ac marmore magnifice ædifi-  
cata, quorum nonnulla corruerat, quædam  
etiam extabant. Inter quæ Homeri monu-  
mentum cum statua & inscriptione Græcis  
literis. Ager quoq; urbi circumiectus opti-  
me excultus, ac Melo fluuiio interfluentे ir-  
ruitus, frequētibus uillis habitabatur, quæ  
omnia igne & ferro à nostris prostrata  
sunt. Delata sunt interfectorum hostium  
capita ducenta & quindecim. Captiuorum  
innumerabilis turba. Imperator omni præ-  
da nauibus imposita: ad quasdam insulas  
olim habitatas, nunc desertas: tantum a-  
quis cisternarum ueterum abundantes se-  
contulit. Ibi expositi captiui posita hasta

d 4      omnes

omnes uenduntur. Reliqua præda absque  
sorte militi concessa est: quod etiam Impera-  
tor in reliquis excursionibus semper serua-  
uerat. Itaque questores iam ex consuetudi-  
ne pecunia omnem diuidunt. Deinde quar-  
ta die Imperator in Clazomeniorum agro  
copias exposuit; ad locum qui nunc Caput  
Stilaris dicitur. Clazomenæ oppidum fuit in  
fine sinus Smyrnæ positum. Anaxagora ci-  
ue suo, qui Archelai Physici, & Euripidis  
Poetæ præceptor fuit clarum. Et quoniam  
omnes circum adhærentium locorum inco-  
læ exemplo Smyrnæ clavis perterriti, ad  
montana & mediterranea loca se contule-  
rant: pauci, qui ad custodiam domorum re-  
manerant, à nostris intercipiuntur. Abdu-  
cta est tamen camelorum, ac reliqui pecoris  
non parua copia. Quibus peractis, Impera-  
tor quoniam iam hibernum tempus insta-  
bat, Pelopōnesum uersus cursum suum di-  
rigit. Itaque Subsolano flante, cum legato  
Pontificis intra paucos dies Methionam de-  
latus est. Et quum iam hibernum tempus  
adesset, legatus Pontificis Romam redire  
studens, antequām recederet, complexo ar-  
que exosculato Imperatore: Habes (inquit)  
clarissime Imperator, optimum testem uir-  
tutum

futum tuarum. Pontifex & cæteri Italæ  
Principes, egregia tua gesta audientes, me  
referente, obstupescunt, & admirabuntur.  
Perge uir magnanime, ut cœpisti: tua enim  
gloria immortalis futura est. Imperator e-  
tiam maiora, quam quæ ipse de se sperabat,  
pollicitus est: modo Christiani Principes,  
Venetos suis opibus ad conficiendum bel-  
lum iuuare uelint. Quibus dictis digredi-  
untur. Cardinalis Italianam petiturus, Me-  
thona soluit. Imperator cum tota  
classe, se Neapolim, muni-  
endæ urbis gratia  
contulit.

LIBRI PRIMI  
FINIS.

33  
CORIOLANI CEPIONIS  
PETRI MOCENICI IM-  
PERATORIS GESTORVM  
LIBER SECUNDVS.



V M Imperator operi instat, Antonius magnæ audaciæ, ac strenuæ uirtutis adolescens, natione Siculus, ausus memorabile facinus ad eum uenit: narrat, se Chalcide à Turcis captum, exinde multo tempore Calipoli seruum fuisse: dumq; ibi degeret, perspexisse naualia Othomani Calipoli absque excubijs incustodita manere. Præterea, domum iuxta naualia esse magnam, ac omni instrumento nautico referat, uelis, funibus, & cæteris ad instruendam classem necessarijs, & quæ possent supra centum triremes optimè instruere. Paratum se esse, Imperatori affirmat, domum illam cum tota classe crematurum, modò necessaria ad rem peragendam sibi tribuantur. Opus sibi esse piscatoria nauis, cum sex comitibus, qua simulato mercatorio negotio, castella Hellesponti, quæ Dardanellos vocant

nocant, penetrare possit. Nam Othomanus, ubi maximè Hellespontus coit, duo munitissima castella ex utraque parte in uitem opposita ædificauit, ad quæ multas bombardas miræ magnitudinis constituit. Prefectisq; castellorum mandauit, si quæ nauis illis inuitis transire uellet, bombardis fractam submergerent. Igitur Imperator collaudato adolescente, promissis eum one rat: si ea quæ animo conceperat, exequetur. Deinde ab eo quæsita mature expedit. Antonius paratis necessarijs intra paucos dies munitiones Helleponsi simulato mercatore superat: eademq; die Calipolim uenit, atq; uenalia poma exponit. Nauiculam enim his onerauerat, ut & mercaturā simulare, & instrumenta rei necessaria tegere posset. Tum adueniēte nocte uigilia secunda, ad domum exploratā & sibi cognitam tendit, fractisq; forcipe claustris domum intrat, & pluribus in locis ignem supponit: & quoniam inter reliqua, picis ac feni magna copia erat, ignis uehementi imperu absque mora cuncta comprehēdit, flammarūq; extra tecta uomere cœpit. Dum Antonius ad naualia tendit, nauibus etiā ignem suppitorus, ciues fragore ignis exciti undique concur

concurrunt. Antonius turba ac clamore dis-  
currentium ciuium perterritus omissis na-  
uibus, ad nauiculam propriam confugit,  
arq; Hellespontum traicere studet. Iam ul-  
teriori litori appropinquabat, quum ignis  
temere per nauiculam iactus, puluerem ful-  
fureum comprehendens, nauiculam exure  
recepit. Antonius submersa nauicula cum  
comitibus in terram desiliit, & in proxima  
sylua se abscondit. Interim domus cum om-  
nibus quae in ea erant, tota comburitur. Se-  
ri iubet si quo pacto incendiū auctorem in-  
uenire posset, præmia magna indicibus  
proponens. Quum ergo scrutatores primū  
poma suitātia, deinde nauiculam submer-  
sam offendissent, animaduertunt mercato-  
rem illum hesternum poma uendentem, ta-  
le facinus patrasse. Igitur armati ad perse-  
quendum Antonium mittuntur, qui pro-  
dentibus cum uestigijs, quoniam per are-  
nosam humum iter fecerat, confessim ad  
syluam tendunt. Et iam ad latebras Anto-  
niū propè uentum erat, quum Rado magni-  
ani adolescens, manu promptus, natio-  
ne Dalmata, Butuani oppidi accola, unus  
ex comitibus Antonij, strenue mori cupieſ,  
ſtridō

stricto ense in hostes irruit, atq; duobus ob-  
truncatis, ipse telis, ac lapidibus undiq; ob-  
rutus occiditur. Antonius cum reliquis co-  
mitibus uiuus capit, uinctusq; ad Suba-  
sam perducitur. Subassa uero tanti facino-  
ris patratorem interficere non sui officij es-  
se ratus, Antonium & comites ad Othoma-  
num principem suum misit. Quem coram  
se adductum Othomanus interrogat, qua  
sua iniuria, quo' ue hostium beneficio, in se  
tatum facinus committere ausus erat. Tum  
Antonius intrepidus, Quasi uero nescias  
te omnes bonos communem pestem om-  
nium gentium iure persequi debere. Tu e-  
num omnes principes tibi conterminos nul-  
la data occasione patrijs regnis expoliasti.  
Tu perfide nulli deditorum fidem seruasti.  
Tu tuorum sanguine nunquam satur fui-  
sti. Tu denique Christianum nomen, quæ  
gens sola ueri Dei cultrix est, extinguere co-  
naris. Quapropter fateor egregiū facinus  
ausus sum, & utinam mihi in caput tuum  
idem liceret. Othomanus admirata adole-  
scens audacia, abductum cum comitibus  
interfici iussit, qui' è nestigio per medium se  
fi sunt. Itaque egregius adolescens supra  
conditionem suam ausus occubuit. Senatus  
Venetus

Venetus ob Antonij merita, quæ ei non pos-  
tuit, fratri puero, & sorori uirgini tribuit.  
Nam & fratri salaryum annum, & sorori  
dos ex publico data est. Interim dum Impe-  
rator ad muniendam urbem Neapolin hi-  
berno tempore studet, & ut naues reficeren-  
tur operam dat: nuncius quidam cum lite-  
ris Regis Persarum ad Imperatorem uenit,  
eadem quæ & superior eius orator afferēs.  
Quem quum audisset triremi impositum,  
Venetas misit. Veneti & oratoribus Regis,  
& literis Catarini Zeni sui apud Regem  
oratoris moti, magnum numerum tormen-  
rum cuiuscq; generis parant. Vasa etiam ex  
auro & argento conuiualia, parisini operis  
egregiè cælata, multum panni lanei tenuissimi,  
multum serici uermiculo tincti, au-  
roq; intexti, ad regium usum, omnia Regi  
Persarum dono daturi. Præterea centum iu-  
uenes, qui tormenta exercent, deligunt:  
hisq; præficiunt Thomam ex Imola oppi-  
do Flaminiae, quod olim Forum Cornelij  
dicebatur. Præterea ad hæc Regi deferenda  
oratorem designant, uirum patricium Iose-  
phum Barbarum, ætate grauem, & linguae  
Persicæ haud ignarum. Tum omnia parata  
in treis naues magnas imponunt: quæ efti  
remis

remis aguntur, onerariæ potius, quam a-  
etuariæ dicendæ sunt. Habeant enim Veneti  
huius generis naues multas, quas mercatu-  
ræ exēcendæ gratia ad omnes prouincias  
quotannis mittere solent. Quibus paratis,  
orator Venetijs soluit, ac Cyprum uenit, ut  
inde commodè cum Vsunasanus ad mari-  
tima Ciliciae aut Syriæ uenisset, dona ei of-  
ferret. Fama enim erat, æstate noua Regem  
ad ea loca uenturum esse. Deinde ex Sena-  
tus decreto, Imperatori mandatum est, ut  
ad omnia Vsunasani mandata semper pa-  
ratus sit: quæcq; maximè cordi Regis esse e-  
xistimaret, omissis cæteris ageret. Othoma-  
nus quoq; non solum fama excitus, sed per  
exploratores de magnitudine copiarum, ac  
de aduentu regis Persarum planè edocetus  
ultrâ non esse sibi cessandum ratus, bello  
se præparare, ac hosti occurrere statuit. Ita-  
que præter cōsuetas copias, per omnes pro-  
uincias ditionis suæ, ut quæcq; septem fami-  
liae singulos armatos mitteret, imperat: in su  
per ab omnibus socijs ac fœderatis princi-  
pibus magnū numerū equitum, ac peditū  
euocat, multos mercenarios milites omni-  
um nationum conductit. Præter hæc multæ  
millia curruum ad munienda castra parat,  
singulis

singulis curribus binas bombardas impo-  
nens. Tormentorum quoq; omnium gene-  
rum incredibilem copiam, atq; hominum  
qui tormenta exercere usi erant, magnum  
numerum parat. Quibus expeditis omnes  
copiae de Thracia in Asiam traiecit. Ipse e-  
tiam munito Byzantio, ac ualido præficio-  
ad urbem cum minore filio relicto, exerce-  
tum ad occurrendum hosti subsequitur.  
Huic enim urbi maxime timebat. Vereba-  
tur enim ne si Venetorum classis munitio-  
nem faucium Hellesponti superasset, expu-  
gnata urbe potiretur. Imperator noster,  
quoniam acceperat Caramanos, regis Per-  
sarum socios atque amicos, quos Othoma-  
nus paterno regno spoliauerat, Cilicia ma-  
ritima oppida obsidere. Audierat etiam ma-  
iores fratrem ex Caramanis interratos a-  
micos Vsunasani esse, regi placere cupiens,  
fratribus regnum Ciliciæ recuperare statu-  
it. Itaq; omissis cæteris ubi forsitan res me-  
lius geri potuisset, Venetisq; magis condu-  
ceret: uerno iam tempore refectis nauibus,  
& instructa classe, equitibus quoq; assum-  
ptis, Ciliciam uersus nauigat, ac Rhodum  
ueniens, à Rhodijs duas naues accepit. In-  
de soluens, Cyprum ad regem amicum ac  
fœderatum

federatum diuertit. Rex quoquè Cyprius  
quatuor triremes, cum duce Zamperio, Im-  
perator dedit. Imperator cum tota classe  
Cypro soluit, deinde ad Ciliciæ littora, Se-  
leuciæ proxima uenit, ubi tunc Caramanus  
obsidenda Seleuciæ gratia, castra habebat;  
in portumq; Sancti Theodori nunc appel-  
latum, cum sua classe se contulit. In hoc lo-  
co olim Veneris oppidum fuit, propter op-  
portunitatem loci, frequens piratarum ha-  
bitatio. Nunc etiam fanum Veneris, extra  
oppidi ruinas in littore maris extat, miræ  
magnitudinis, quadrato lapide egregiè æ-  
dificatum. Hic Cassambeg, minor ex Ca-  
ramanis fratribus (Piramet autem alter Ci-  
licum regulus in exercitu Regis Persarum  
erat) oratores ad Imperatorem mittit, qui  
uenientes aduētum Imperatoris gratulan-  
tur. Addunt etiam, Caramanos semper ob-  
paternam amicitiā cum Venetis, in eorum  
uiribus maximam spem habuisse. Tum nar-  
rant, iam quartum esse mēsem, ex quo tria  
oppida Ciliciæ Princeps eorum obsideret,  
Sichinum, Seleuciam & Coricum, quæ si ce-  
pisset, toto regno esse potiturum affirman-  
& quoniam uiris idoneis, & tormentis ad  
expugnandas urbes opportunis indigebat,

C O R I O L A N T  
orant uti regi socio, & Venetorum amico,  
suis armis paternum regnum ab Othoma-  
no per iniuriam occupatum recuperet. Tum  
Imperator oratores bene sperare iubens, à  
se dimitit. Deinde Victorem Soprantium  
legatum suum ad Caramanum ire iubet.  
**Cui** mandat uti de statu rerum edoctus,  
quid potissimum agendum sit, cum eo agat.  
Victor equo ad Caramanum mature se  
confert: salutatoꝝ regulo, Ab Imperatore  
inquit missus uenio, ut tibi referrem & ob-  
patris tui, & ob Regis Persarum, cui nunc  
fœderati sumus amicitiam, se cum ualidissi-  
ma classe in subsidium tibi uenisse. Qua-  
propter à te doceri uult quo in statu res  
sint, quid ue primum agendum sit, ut ex com-  
muni consilio, quid potissimum in re sit a-  
gat. Tunc Cassambeg Imperatori gratias a-  
gens, inquit, Nunquam me spes de Senatu  
Veneto falsum habuit, nunc etiam re ipsa  
perspicio, Venetos præter cæteras nationes,  
amicos, & fœderatos in calamitate positos  
suis opibus iuuare. Cæterum cum plures  
menses sint, ex quo hæc oppida Ciliciæ fric-  
stra obsideo, quia nec milites strenuos, nec  
machinas ad ea oppugnanda necessarias  
habeo. Nam torus meus exercitus exceptis  
paucis

paucis prætorianis, ex gregarijs militibus collectus est, gente magis agris colendis, quam bellis gerendis affuetā, Vesta mihi opere qui & militibus exercitatis, & tormentis ad expugnandas urbes idoneis abundat opus esse video. Deinde narrat tria oppida à se obsideri, quorum duo Othomani præfecti tenent. Tertium uero Mustapha quidam Cilix, homo perfidus per iniuriam occupatum habet, qui olim ex intimis amicis eius fuerat, nunc fortunam sequens. Othomano adhæret. Propterea nihil magis ex re esse affirmat, quam Sichinum in quo Mustapha se contulerat, expugnare. Quo oppresso, eius exemplo omnes Cilices in fidem mansuros esse dicit. Soprantius accepta Caramani sentētia, ad Imperatorem redijt. Quae cum Caramano agitasset refert. Igitur Imperator Coriolanum Cepionem Traguritanum, triremis præfectum, ad perspicendum oppidi situm, ac munitiones mittit, ut exploratis omnibus sibi cuncta referat. Itaque Coriolanus omnibus perspectis, ad Imperatorem redit, narratq; oppidum à mari duo millia passuum distare, situm in mōte arduo & excuso, à parte etiam orientis prærupto. Cæterum tenuit

muro, nec pinnis distincto circundatum.  
Oppidanorum quoq; turbam imbellem.  
Oppidum ergo situ munitum opere, & de-  
fensoribus inualidum esse. Quapropteruel  
expugnatione oppido potiri, uel ad dedi-  
tionem hostem adduci posse affirmat. Qui  
bus acceptis, Imperator Lodouicum Lom-  
bardum Venetum, nauis præfectum, Cori-  
cum cum decem nauibus misit. Cui man-  
dat, dum ipse oppugnationi Sichini insta-  
ret, ille obseruet, ne quis maritimo aditu ci-  
baria oppidanis afferat. Nam à continentí  
**Caramani** milites Coricum obsidebant. De  
inde Imperator cum reliqua classe ad Sichi-  
num se recepit. Copias omnes exponit, ac  
magistro classis mandat, uti tumultuario  
apparatu oppidum aggrediatur. Experia-  
turq; an absq; bombardarum usu oppidum  
capere posset. Itaq; magister cum omnibus  
classiarijs ad oppidum tendit, muros coro-  
na circundat: Scalis, cratibus, & alijs ad op-  
pugnationem necessarijs muros subeunt.  
Præfecti nauium unusquisq; cum militibus  
sue nauis oppugnationi instat. At oppida-  
ni faxa ui subeentes deuoluunt, quæ per  
prona montis ruentia, nostros obterunt. Te-  
la desuper ingerentes à muris summovent.

Oppidani

Oppidani quoniam neq; pinnis, neq; tabù  
latis tecti pugnabant, ad omnes ictus erant  
expositi. Itaq; à nostris sagittis & alijs mis-  
filibus, tormentis excussis multi uulnerati  
occiduntur. Tunc magister quum neq; sca-  
lis, neq; alio apparatu absq; murorum de-  
lectione oppidum capere posse aduertisit,  
receptui signo dato ab oppugnatione desti-  
tit. Nam & muri præalti, & aditus ad mu-  
ros per prærupta saxa, ac declivias semitas  
oppugnationem difficultem præbebant. Op-  
pidani (tametsi multi ex eis ceciderat) quasi  
victores elato animo iactabant: Ite Veneti,  
mari & piscibus dominamini, Imperiū con-  
tinentis & urbium Othomano relinquite.  
Magister ergo Imperatori refert, nihil se abs  
que bombardis proficere posse: si oppido  
potiri uult, bombardarum ministerio opus  
esse affirmat. Imperator sequenti die cadu-  
ceatorem ad Mustapham mittit, ut ei refe-  
rar, quatenus fidem potius, quam arma Ve-  
netum experiri uelit: & nisi oppidum de-  
dat, omnia extrema esse passurum. Musta-  
pha uero respondit, Venetorum arma iam  
expertum esse: se & situ loci, & munitioni-  
bus inexpugnabilem scire: nec longam ob-  
sidionem timere, quoniam re frumentaria

abundaret, propterea nec oppido cedere uel  
le, nec fidei se cuiusquam credere affirmat.  
Imperator accepto Mustaphæ responso, e-  
quum ascendit, simul cum legatis inter in-  
gruentes ex oppido sagittas, & alia missilia  
oppidum circumequitat, omnia diligentि  
æstimatione lustrans. Tum demum aduer-  
tit à septentrionali parte muros non mul-  
tum ualidos, & montem minus declivum  
atque arduum esse, facilemq; aditum ex ea  
parte oppugnatoribus prostratis muris ad  
oppidum fore. Igitur duas bombardas ex  
opposito à parte boreæ locare atq; aptare iu-  
bet. Mustapha cum aduertisset ingentes ma-  
chinas trahi, ceteratq; omnia ad se expu-  
gnandum parari, insperato malo perterri-  
tus uirum grauem ex suis fibi intimum ad  
Imperatorem misit, uti fibi suisq; omnibus,  
incolumentatem, liberamq; facultatem abe-  
undi cum omnibus suis rebus quo uelit pa-  
ciscatur, oppidum Imperatori cedat. Impe-  
rator data publica fide, Mustapha quo uelit  
libere abire permisso, oppidum per deditio-  
nem acceptum, è uestigio Hisupho Cara-  
mani præfecto qui aderat tradidit. Quibus  
peractis, cum omnibus copijs, Coricum  
uersus nauigat. Inter nauigandum autem

Zancius

Zancius à Rege Ferdinando classi dux constitutus, cum decem triremibus uenit. Coricus à duabus partibus mari alluitur, tercia à continenti profundissima fossa munatur, duplii ac ualido muro undiq; circumdatur. Portum habet à parte fauonij, quem intraturis non procul à muris oppidi transendum est. Ex aduerso à parte austri, trecentos passus ab oppido distans, insula Eleusia adiacet, quam totam occupat antiquum edificium albo, ac quadrato lapide magnifice constructum. Hæc quondam Regia Archesilai fuit. Oppidani multas bombardas & alia tormenta per eam partem muri, quæ portui opposita est, disponunt, prohibere his posse rati ne quis portum illis inuictis intrare possit. Imperator oppido adnauigans omnia prius circumspicit, deinde sublimis ac eminens in puppi, cursum manu magistro ostendit, qui inter frequentes bombardas, & ingruentia tela, primus portum subiit. Subsequitur regius dux: deinde legati, ac tota classis. Imperator expositis copijs, ad præfectum mittit, qui eum monerent, ut oppidum dedat: quod nisi dediderit, quicquid uictoribus in uitios licet esse pasurum. Mos est Turcorum

principum à ducibus qui in alienas prouincias excursiones faciunt, de omnibus captiuis quintam partem accipere. Maxime uero eligere solent à decimo ad sextum decimum annum adolescentulos. Si captiui desunt, per omnes regiones sui Imperij, Christianorum filios inuitis patribus accipiunt, quos à religione Christiana, & ueri Dei cultura ad superstitionem Machometanam traductos, præceptoribus instruēdos distribuunt à quibus omnibus artibus militaribus instruuntur. Qui adulti cum principe militant: hos Ianizaros uocant. Si qui genere aut ingenio præstant, illos ad maiore dignitatem prouehunt. Ex his duces exercituum, Subfas regionum, præfectos oppidorum, ac arcium creant. Cætera turba partim ad præsidia oppidorum, partim ad custodiam corporis principum manet, eosq; in bellum & in prælium, uel quocunq; ierint sequuntur. Hæc cohors totius Othomani exercitus robur ac pene invicta manus est. Nam omnes uictorias & iste princeps, & eius maiores, horum armis ac uirtute consecuti sunt. Ex hac igitur cohorte erat oppidi præfectus, natione Illyricus, nomine Hismail, ex inferiori Pannonia, inter Ianizaros ab ipsa pue  
ricia

rica educatus, cui Othomanus dederat ad  
oppidi præsidium milites centum, & quin-  
quaginta. Hismail respondit non se esse Mu-  
stapham Cilicem cum pastoribus atq; agri-  
colis uili turba ad præsidium oppidi mis-  
sum, sed ex prætoriana cohorte præfectum,  
cum Ianizaris uiris strenuis, ab adolescen-  
tia in puluere uulneribus & sanguine uer-  
satis, qui omnia extrema pati pro fide para-  
ti essent. Imperator accepto Hismailis re-  
sponso, oppidum circumambulat, locum  
idoneum bombardis captans. Itaq; omni-  
bus perspectis, duas bombardas magnas,  
& ad prosternendos muros idoneas à par-  
te occidentis, tertiam ad insulam oppido  
ab austro oppositam ponere ac aptare statu-  
it. Magister classis iussu Imperatoris ad ex-  
trahendas bombardas, & ad reliqua ad ea-  
rum opus necessaria toto studio incumbit.  
Opus est enim bombardas ualido opere  
munire, ut operi instantes, machinasq; re-  
gentes, tuti, ac ab hostium tormentis tecti,  
opus suum exercere possint. Igitur in tra-  
hendis atque aptandis machinis, cætero-  
que apparatu faciendo, aliquot transiere  
dies, per quos nostri oppidanos laceressere,  
& sagittis alijsq; missilibus infestare non

cessarunt. Oppidanis quoq; suis bombardis  
ac telis ab opere nostros propellere, & detur  
bare studebant. Itaque nonnulli ex nostris,  
multi ex oppidanis vulnerati cadunt. Et  
iam parata erant omnia ad destruendos  
muros, illa etiam bombarda quæ ex insula  
missa muros quatiebat, iam non paruam  
partē primi muri disiecerat. Cum Hismael  
uidens à parte austri partem murorum pro-  
stratam, ex alia parte prope muros oppidi  
duas bombardas magnas appositas, atque  
opere munitas, metu perterritus sibi & co-  
mitibus incolumentatem paciscitur, Oppi-  
dum Imperatori tradit. Imperator acceptū  
per deditonem oppidum cum omni instru-  
mento bellico quod in oppido erat Cara-  
mano dedit. Hismaelem & comites ex pa-  
cto à nostris nauibus in Syriam deuehi iu-  
bet. Ipse deinde ad littora Seleuciæ proxi-  
ma se contulit. Seleucia urbs antiqua fuit à  
Seleuco uno ex successoribus Alexandri æ-  
dificata, quinq; millia passuum à mari rece-  
dens. Fuit autem ciuitas ampla, egregijs ui-  
cis, ac alijs multis monumentis olim clara,  
quam præterfluebat Calicadnus amnis sub-  
iectos campos qui lati sunt irrigās. Extant  
ad huc multa uestigia ædificiorū præcipue  
iuxta

iuxta ripam fluminis. Hic uidimus præter  
ruinas templorum & amphitheatri, porti-  
cum quadratam, cuius maxima pars præter  
rectum integra erat: columnis, ac signis, &  
omni statuarii opere ornatissima, quam in-  
tuens ingemui, opus egregium, magnæq;  
impensæ, barbarorum incuria concidisse.  
Oppidum autem quod nunc extat: arx tan-  
tum huius urbis fuit, situmq; est in monte  
excelso, ac undiq; declivo, validissimo mu-  
ro antiqui operis, & fossa munitum. Huic  
præerat Hesibegus genere Græcus, ducen-  
tos Ianizaros sub se habens. Imperator ma-  
gistrum classis ut situm oppidi ac munitio-  
nes exploret mittit, simul ut Hesibegū mo-  
neat, oppidum per iniuriam ab Othomano  
occupatum, Caramanis aucto & paterno  
iure debitum restituat. Igitur magister ma-  
ture se ad oppidum conferens, cuncta dili-  
genti æstimatione primū circūspicit, deinde  
euocato Hesibego inquit, Scis ne Seleuciam  
Sichino, aut Corico munitiorem, nec te Mu-  
stapha uiro genere & uirtute nobili melio-  
rem. Nec Hismacle uiribus & rerū usu stre-  
nuo fortiorem esse, qui potius clementiam  
quam uires Imperatoris nostri experiri ma-  
uerunt. Quorū exemplo, tu quoq; oppidū

ad

ad quos hæreditario & proprio iure spe-  
ctat, restituere debes; quod nisi nunc feceris  
dum res in integrō sunt: ubi Imperator bō-  
bardas, & cætera tormenta, ad oppidum ad  
mouerit, cunctaq; oppugnationi necessa-  
ria parauerit, nulla spes consequendæ ue-  
niç ab eo tibi relinquetur. Tum Hesibegus,  
Viros fortes exempla sequi nō debere. Vnū  
cuiq; à natura suum ingenium datum esse  
respondit. Seçq; principi suo in fide mansu-  
rum affirmat. Magister accepro præfectū re-  
sponso, ad Imperatorem redijt. Cui refert  
oppidum situ & opere munitissimum esse.  
Præfectum oratione à se ad deditiōnem ad  
duci non potuisse. Tum si oppido potiri  
uult, opus uiribus non uerbis esse. Impera-  
tor cognita Hesibegi sententia, magistro  
mandat, ut oppugnationi se præparet. Ma-  
gister accepto mandato, toto pectore ad exe-  
quēda Imperatoris iussa incumbit. Locum  
castris iuxta oppidum expedire, uiām q; ad  
trahendas machinas præparare iubet. Hesi-  
begus quum ex oppido hæc fieri uidisset,  
ueritus (opinor) si Imperator ad ulteriora  
processisset: postea locum ueniæ sibi non  
futurū, ad Imperatorem unum ex suis mit-  
tit cum his uerbis, Inuicto Imperator, cle-  
mentiam

Mentiam tuam in alijs expertus, me & oppidum tibi trado: maloq; tuam, quam Caramani fidem experiri. Proinde mitte aliquem ex tuis uirum idoneū, qui oppidum in ditionem accipiat. Tum Imperator colaudato Praefecti cōfilio, Vicorem Sopranum legatū suum ad hoc munus exequendum mittit. Victor ē uestigio se ad oppidū confert. Tunc oppidum à Praefecto per ditionem accipiens, Caramano (nam & ipse aderat) tradidit. Hesibegum quoquē cum eius cohorte, opera & suāsione legati, Cara manus ad militandum secum mercede condūxit. Deinde Caramanus aduertens opera ac uirtute Imperatoris nostri regnum sibi recuperatum esse, equum sella argentea, & faleris bullatis ornatum, pardumq; manus suetum Imperatori, ob rem benē & prospere gestam domo misit: simul gratias ei agit, quod nullis suis precedentibus meritis, uibus & uirtute propria regnum sibi recuperasset. Dum hæc in Cilicia aguntur, de Regis Persarum exercitu, ac Othomāni expeditionibus propter locorum distantiam, nihil ueri, præter uanos rumores afferebatur. Imperator ergo quum in Cilicia Trachæa, nihil quod agi posset, reliquum esset (nam omnis

omnis Cilicia maritima usque ad Taurum  
montem, in Caramani ditionem uenerat)  
ne tempus amitteret. Lyciam ( quoniam ea  
regio adhuc intacta erat ) petere statuit. Ce-  
terum quia regem Cyprium, ex fluxu uen-  
tris aduersa ualitudine laborare audierat,  
ad eum uisendum diuertit, quem graui ua-  
letudine oppressum offendit. Solatusq; eū,  
ad patientiam morbi hortatus est. Tum rex,  
Vides inquit clarissime Imperator me ex  
afflictione grauissimi morbi ad extremum  
uitæ esse perductū. Vitalem enim spiritum  
me deficere sentio. Igitur uxorem meam  
grauidam cum posthumo hæredem insi-  
tuo. Ea est filia Marci Cornerij conciuis tui,  
quam Senatus Venetus in filiam adoptās,  
mihi in matrimonium dedit. Ergo si fata  
me abstrahent, uxorem & regnum Senatus  
Veneto commendō. Te uero per amicitiam  
nostram, perq; maiestatem Imperij Veneti,  
rogo atq; obtestor, si mors me occupauerit,  
hæredes meos, & regnum ab iniuria defen-  
de, Imperator de ualitudine regem bene-  
sperare iubet: nam & ætate integra, & cor-  
pore robusto facile morbum superaturum  
affirmat. Tum si(ut est uita mortalium in-  
certa) diem suum obierit, pollicetur & Ve-  
netum

L I B R E R I I  
59  
nerum Senatum, & secuius ipse Imperator  
erat, eius hæredibus ad defensionem regnū  
in omni discriminē nunquam defuturum.  
Itaq; confirmato regis animo, ab eo digre-  
ditur. Inde celeri nauigatione ad insulas Ly-  
cias adiacentes cum tota classe uenit. Cum  
autem accepisset in ea regione esse oppidū  
opulentissimum Mycra appellatum non  
multum à mari recedens, ad id oppugnan-  
dum animum intendit. Oppidum situm est  
in mōte arduo & excuso, qui in medio con-  
uallis mari adiacentis, & undiq; montibus  
cicundatae assurgit. Extra conuallem sunt  
campi feracissimi, ac Lorymo flumine irri-  
gui, propterea frequentibus uicis habitat.  
Igitur Imperator summo mane cum classe  
ad littus extra conuallem applicuit. Equi-  
tes & classiarium turbam exposuit, qui ci-  
tarissimo cursu per omnes campos discur-  
runt. Vicos expoliant, atq; depopulantur.  
Ingentem prædam hominum, & aliarum  
rerum agunt. Quibus peractis, in portum  
oppido proximum totam classem redu-  
xit, omnesq; copias exposuit. Erat ad præ-  
sidium oppidi Charagus Tribalus, cum cen-  
tum & quinquaginta Ianizaris, quē Impe-  
rator misso caduceatore, monet, quatenus  
oppidum

oppidum dedat: nec expectare uelit, ut prostratis muris, capto oppido, ipse uinctus suorum ludibria spectet. Tunc Charagus respondit, Tali se genere ortum, ut omnia extrema pati, quam fidem maculare malit. Se autem & situ, & muris, & defensoribus inexpugnabilem fore. Oppidumq; suæ fidei creditum, nulli quam Principi suo, à quo ilud acceperat, tradere uelle affirmat. Imperator accepto Præfecti responso, oppugnationi se præparat: & quoniam unicus aditus equiti: & hic quoq; per angustus iuxta littus maris ad conualem erat (nam cætera omnia perpetuus mons in theatri formam claudebat) uallo locum ac fossa muniti uerbet. Præsidium ad obseruandum adiutum imponit, ne si potens hostis aduenisset, nostros ab oppugnatione deturbare, & oppidanis subfidum ferre posset. Deinde captato loco tres bombardas magnas à parte Occidentis oppidi, quartam ab Austro locat. Oppidum circumobsidere, ne quis intrare aut exire possit, mandat. Tunc impinguè omnibus, quæ ad exercēdas machinas opportuna erant paratis, bombardarū cæbris iætibus, muros quaiendo prosternere ac deijcere incipiunt. Milites quoq; interim aditum

aditum ad oppidum tentantes, oppidanos  
lacessunt. Qui dum nostros propellere stu-  
dent, detecti eminus à nostris sagittis iul-  
nerantur. Et oppidani nostros circuquamq;  
& præcipue machinarum opere instantes,  
missilibus omnium generum perturbare,  
ac ferire nō cessant. Interim Aiaibegus, Su-  
bassa illius regionis, collecta haud parua  
manu equitum, ad oppidū subsidijs feren-  
di gratia tendit. Tum nostri equites ubi ac-  
cepérunt hostem aduentarē, mature arma  
tapiūt, equos frēnant, ac cōscendunt. Cō-  
posito ac quadrato agmine hosti occurrunt  
progređiuntur. Et cum iam ad conspectū  
vénissent, hinc inde subditis calcaribus, ci-  
tato cursu concurrunt. Nostri primo con-  
gressu multos hostiū equis deiciunt: Aia-  
begus à Petro Bosichio præfecto nostrorū  
equitum hasta confossus occiditur. Cæteri  
absq; morā omnes in fugā uertuntut. Mul-  
ti hostium occisi, nonnulli uiui capti sunt:  
Reliqui proximis sylvis ac paludibus se-  
turati sunt. At nostri uictoria læti ad im-  
peratorem redeunt. Interectorum hostiū  
centum quindecim capta afferunt, uiuos  
sexaginta quatuor adducunt. Imperator  
hostium capita hastis affixa ad prospectū

f oppidae

oppidanorum opponi iubet. Et iam diu  
turres oppidi bombardis deiectæ erat, mu  
rus etiam, qui intra turres erat, corruerat,  
cum Charagus aduertens suos, qui suppe  
rias oppido terebant, fusos ac fugatos, nul  
lamq; spem præfidij sibi iam reliquā esse,  
& murorum partē prostratā. Ciuiibus etiā  
maxime ad deditio[n]em hortantibus, non  
esse amplius expectandum ratus, ad impe  
ratorē misit, omnia præter libera capita cū  
oppido imperatori tradens. Igitur impera  
tor accepio oppido, Charagū cum oppida  
notū turba abire quo uellet permisit. Præ  
da militi cōcessa est. Oppidū igne succen  
sum, ac solo æquatū. Erant suburbana pro  
pter forum mercatorum late frequētibus  
rectis habitata. Horti quoq; ob irruū so  
lum egregie exculti, quæ omnia igni ferro  
que deuastata sunt. Quibus peractis, impe  
rator inde soluens, Fiscum uenit. Fiscus o  
lim Lyciæ oppidū suit, Rhodiorū ciuitati  
è regione sitū, cuius nūc uix uestigia extat.  
Ager tamen uicis habitatur, quos omnes  
noſtri deprædati sunt. Imperator ad maio  
ra tendens, Hellespōti munitiones supera  
re statuit, aliqua graui iactura hostē affice  
re cupiens. Quapropter præfectos nauium

ad se uocat, quibus cōfiliū suū aperit, tum  
uti naues paratas & instructas habeant, iu-  
bet. Dū imperator in his occupatus est, ue-  
nerūt ad eum duo oratores missi à Karola  
Cypri regis sorore, quæ iā multis annis, re-  
gno à fratre expulsa, Rhodi morabatur.  
Hēc nupta est Lodouico ducis Allobrogū  
filio uiro ignauo, qui relicta uxore domi,  
inter cōcubinas luxurioſe uitā degit. Ora-  
tores imperatori referūt regē Cypriū mor-  
tuū esse, à quo Karola hāreditario regno  
Per iniuriā expoliata erat. Proinde orāt im-  
peratorē uti amici olim regis Cypriū filiā,  
& fœderati Venetorū Allobrogū ducis nu-  
trū suis opibus ad recuperandū hāredita-  
tiū regnum iuuare uelit, afferentes Karolā  
ex legitima uxore, fratrē ex concubina na-  
tum esse. Tunc imperator respondit, Iaco-  
bum regē Cypriū, sociū & fœderatū Vene-  
torū, regnū legitime possedisse. Non enim  
legū formulis, aut htiū contestatione, sed  
armis atq; uirtute regna in ius principū ce-  
dere. Regnū autem non tantū sorori, uerū  
etia Genuensibus, qui multo tēpore melio-  
rem partē insulæ per tyrannidē occupatā  
tenebāt, propria uirtute recuperasse, ac iu-  
re possedisse affirmat. Nunc reginam per-

adoptionē Senatus Veneti filiam cū Posto  
humo, quoniam grauida erat, regni hære  
dem relictam esse, quam & Senatum Ve  
netum, & se contra omnes reginæ aut re  
gno iniuriā inferre uolentes defensurum  
affirmat. Oratores accepit responde tristes  
recedunt. Iam imperator instructis omni  
bus, Helleponit uersus nauigare para  
bat, cum redduntur ei literæ à Katarino Ze  
no oratore, quibus certior fit regis Persarū  
exercitum, et Othomani Turcorum princi  
pis non multum inter se distare, & ad pau  
cos dies collatis signis prælium inire, & ar  
mis rē decernere uelle. Præterea orator im  
peratorem monebat, ut quām primum ad  
Ciliciam se cum tota classe conferret, affir  
mans propediem Vsunasanum illuc uen  
turum esse, cū eo de statu totius belli actu  
rum. Igitur imperator mutata uelificatio  
ne Ciliciam uersus nauigationem dirigit.  
Et cum equites pabulo equorum indige  
rēt, imperator omnes copias in agro olim  
Myreneorum exposuit. Myra fuit ciuitas  
Lyciæ una ex sex ciuitatibus quæ inter reli  
quas Lyciæ urbes magnitudine, & aucto  
ritate præstabat, nūc euersæ multa uestigia  
extat, præcipue monumenta mortuorum

In uilio saxo cauata, quæ columnis & alijs  
signis ex eodē saxo incisis atq; insculptis  
ornata sunt. Nostrī discurretes paucos ho-  
mīnes, qui custodiæ causa in uicis reman-  
serant, capiunt. Nam cæteri metu perterri-  
ti, ad in uia faxa, & rupes montium se rece-  
perant. Hordei autem atq; tritici magnam  
copiam afferunt. Igitur imperator imposi-  
to in naues hordeo, quod ad multos dies  
equis sufficere poterat, inde soluens Cy-  
prum diuertit. Cum ad urbem Famaugu-  
stæ uenisset, reginam adiit, quæ recenti fu-  
nere regis in mœrore posita, ac graui dolo  
re afflicta lugebat. Igitur imperator multa  
exempla humanæ fragilitatis, uariaeq; for-  
tunæ instabilitatem referens, reginam so-  
latur. Tum ei operā suā quandocunq; ea  
indigeret, amplissimis uerbis pollicetur.  
Regina tametsi insanabili uulnere affli-  
cta, & præ tristitia manantibus lachrymis,  
uix uultū attollere, uix uerba proferre po-  
terat, tamen leuatis oculis gratias impera-  
tori agit, se, & regnum supplici oratione ei-  
comendās. Imperator leuato aliquātulum  
animo reginæ, eam relinquens Ciliciam,  
ad nauigat, Vsunasanū ibi expectaturus.  
Dumq; in portu Corici cum classe esset, ue-

nit ad eum Lodouicus Laoridanus, potiff  
ciæ nauis præfetus. Nam pontifex maxi-  
mus legatū miserat Laurentium Zanum  
archiepiscopū Spalatensem cum decem m-  
remibus, qui Rhodū ueniēs, ultra progre-  
di noluit, nisi prius de aduentū suo, quidquam  
in animo sibi esset, imperatorē moneret.  
Igitur Lodouicus imperatori refert archi-  
episcopū legatū à pontifice missum Rho-  
dū aduenisse, eumque scire uelle an aliquod  
egregium facinus gesturus esset, se quoque  
socium (si id in animo est) uenturum polli-  
ceri. Tunc imperator respondit, Ego & su-  
periori anno et presenti multa bene et pro-  
spere gessi, quæ etsi pro magnitudine ani-  
mi eius, legato forsitan parua uidetur, ho-  
sti tamē grauia, & Christianis principibus  
magnifica, atque egregia uisa sunt, & nisi o-  
mnibus nota essent, possem referre quæ ab  
Hellesponto ad Syriā mari adiacentia no-  
stris armis, nostraque uirtute prostrata ac de-  
uicta sunt, nunc quoque nō ad minora toro  
animo incumbimus. Legati autem aduen-  
tus in manu ipsius est, tamen si uenerit, &  
ob reuerentiā Pontificis, quæ ego summe  
ueneror, & propter ipsius legati personā,  
qui in agro Piceno diu in armis uersatus,

belli

belli haud ignarus est, nobis gratum erit.  
Lodouicus accepto responso, ad Legatum  
revertitur. Imperator cū iam multos dies  
circum littora Ciliciæ moram traxisset, ni-  
hilq; de progressu regis Persarum afferre-  
tur, tandem redduntur ei literæ à Katarino  
Zeno, in quibus cōtinebatur regis Persarū  
cōpias cum Turcis bis cōflixisse. Othoma-  
nus duos magistratus summos habet, unū  
Bassan Anatoliæ, alterū Romaneæ appel-  
lat. Ille omnibus prouincijs Asiæ hic Euro-  
pæ Othomano subditis præest. Horū & in  
administratione imperij cōsilio, & in bel-  
lo gerēdo opera maxime utitur. In primo  
prælio filius regis cū triginta milibus equi-  
tū, Bassa uero Romaneæ cū quadraginta  
milibus cōgressi fuerant. Et quoniā equi-  
tes Persarū & uiris & equis, Turcis multū  
præstant, Turci ne primum quidem con-  
gressum Persarum sustinentes in fugam  
uersti crant, & pene omnes occidione occi-  
si. Bassa ipse cum multis principibus inter-  
fectus est, alij uiui capti ad regem addu-  
cti. Rex prospero successu elatus, postero  
die omnibus cōpijs Othomani castra cir-  
cundat. Othomano mos est in medio ca-  
strorū sibi priuatim munitiones facere, &

in eis se quasi in arce continere. In hac quoque expeditione, circiter quattuor milia passuum in circuitu locum uallum fossaque munierat. Currusque cathenis compactos, circunquaque post uallum obtecerat, singulis plaustris hincas bombardas imponentes, praeterque eas ingentem copiam tormentorum cuiusque generis ad defendendas munitiones disposuerat. Ad haec regenda, ad quindecim millia uiros in administratione bona darum aliorumque tormentorum exercitatos locauerat. Intra uallum habebat equites uigintiquinq[ue] milia, quos de toto exercitu delegerat. Hi maxime Thraces atque Tribali erant. Peditu quoque quos Ianizarios vocat, uiginti milia erant, manus prope inuicta, & Macedonicae phalangi persimilis. Persae ergo fugatis reliquis copiis Othoniani milites qui intra uallum erant, cum aduertissent hostem munitionibus appropinquare, igne supposito, omnia tormenta simul excutiunt, quibus hostem miserabiliter affligunt. Hic filius regis adolescens audacissimus, inter primos acerrime pugnans, plumbea glande tormento excussa traiectus occubuit. Cæteri Persæ tum exemplo suorum quos passim mutilatis membris,

bris, atq; fusis uisceribus iacere uidebant,  
metu perculsi, tum equos terribili fragore  
tormentorū, atq; insueto tonitu bombar-  
darum perterritos regere non ualentes ter-  
ga uertunt. Turci eruptione facta fugien-  
tibus instant. At regi subditis calcaribus  
celeri fuga hosti se surripiūt, nam totus ex-  
scitūs regius equitum erat. Turci Persarū  
castra inuadunt, omnia impedimenta di-  
ripiunt, nec ultra hostē persequi ausi sunt.  
Rex ad montana Armeniæ incolumis cū  
exercitu se recepit. Ibi enim uxor cum libe-  
ris eius erat. Othomanus, quoniam hostē  
castis atq; impedimentis exuerat, dimisso  
exercitu uictorem se existimans, Byzantiū  
versus tendit. Regiae copiae fuerē in hac ex-  
peditione, trecenta et quinquaginta milia.  
Othomani exercitus trecenta & uiginti mil-  
lia expleuerat. Ex regiis ad decē milia, ex  
Othomani quadraginta milia desiderati  
sunt. Rex ergo non copijs, nec uirtute mi-  
litū ab Othomano, sed arte atq; tormentis  
superatus est. Imperator his ex literis Kata-  
rini Zeni cognitis, qui eū etiam monebat,  
ne hoc anno ultra regē expectaret, nam in  
stāte hyeme in hyberna exercitū rex ductu-  
rus erat, Cilicia soluens, Cyprum cōcessit,

de Filio nato reginæ gratulaturus, quæ ante enixam audiuerat, simulq; si qua ad tandem regnum necessaria foret prospecturus. Vbi ad reginā uenit, post gratulationē regina uolente puer ab imperatore, & legatis ad sacrū fontem suscipitur, puerοq; paternū nomen inditū est. Baptizato puer, à regina digreditur. Erat Cypri Andreas Cornarius reginæ patruus, vir mansueti animi, atq; benigni ingenij, ab adolescencia optimis moribus institutus, potiusq; iniuriā pati, quam inferre paratus. Huius consilio regina in administratione regni maxime utebatur, quæ imperator ad se uocat, de conditione regni, de fide hominum ab eo inquirit, & num aliquid timeret, aut alicuius rei indigeret, interrogat. Ille tranquilla ac tuta esse omnia respondit, nec in præsens alicuius rei opus esse affirmat. Imperator tamen inopinata etiam metuens, præter illas triremes magnas, quæ tormentata, et alia dona regi Persarū mittenda adue gratia Famagustæ reliquit. Præfectis nauium mandat, uti dicto Cornarij audientes sint. Interim legatus pontificis cū duabus triremibus ad imperatorem uenit, reliquias

Quas oc̄io à Quæstore qui impensæ facien-  
dæ gratia à pontifice pr̄positus erat, abdu-  
ctas Chium uersus esse narrat. Legatus de  
pugna regis Persarū cū Othomano ab im-  
peratore edoc̄tus cū eo reuertitur. Itaq; si-  
mul Cypro recedunt. Et quoniam omniū  
animi ad regis Persarū copias, atq; exitum  
intenti erant, Imperator ueritus, ne Otho-  
manus solita astutia ad deprimendos ho-  
stii animos, regē Persarū fusum atq; fuga  
vū à se diffamaret ( Solet enim s̄aþe re etiā  
male gesta l̄eticiam, atq; alia signa uictorię  
pr̄ se ferre primū Rhodū, tum Chiū, de-  
inde alias insulas, atq; ciuitates Græciæ ad  
nauigans, omnibus affirmsat, regē, tametsi  
castra amississet, prælio tamē & occidione  
hostiū multo superiorē extitisse, nec credi  
debere Othomano hosti fallacissimo. Qui  
bus persuasis, Sporadas atq; Cycladas pr̄  
ternauigans, Peloponnesum uenit, Metho-  
namq; se recepit, quoniam iam hybernum  
tēpus aduenerat, & ab amicis literas acce-  
perat, quibus certior factus erat, successore  
Propediem sibi designatū iri. Ibi expectare  
statuit Senatus decretū quo domū reuoca-  
retur. Legatus pontificis cum duabus tri-  
remibus ( nam reliquas octo ne uidimas  
qui-

72 C O R I O L A N I  
quidem) & regius dux cum sua classe Gra-  
cia soluentes in Italiam se conferunt.

C O R I O L A N I C E P I O N I S,  
P E T R I M O C E N I C I I M-  
P E R A T O R I S G E S T O R V M,  
L I B E R T E R T I V S.

Acobus Rex Cypri potitus  
regno, omnes insulæ nobis-  
les atq[ue] principes, quoniam  
partes Carolæ fororis sue se-  
cuti fuerant, alios exaucto-  
rauit, alios in exilium misit.  
aduenas homines postremè conditionis, et  
qui piraticam exercuerant, ad summum gra-  
dum prouexit. Horum maior pars erat ex  
illa regione citerioris Hispaniæ, quæ nunc  
Cataloniæ dicitur. Qui mortuo rege, usi ra-  
pro uiuere, suo non contenti, tamersi à re-  
ge amplissima patrimonia donata possi-  
derent, res nouas moliebantur. Inter eos  
erat archiepiscopus Cypri, hic à rege suo.  
ad Ferdinandum regem Apuliæ legatus  
missus fuerat, qui auditâ morte sui regis,  
ad occupandum per tyrannidem Cyprite  
gnum cum suis popularibus, in quorum  
manu arces, ac magistratus totius pene in-  
sulae

sulae erant, animum conuertit, ad hoc magno sibi usui fore existimans, si Ferdinandus regis Apuliæ filio ex concubina nato, Laetobi regis Cyprii filiam eiusdem conditoris desponderet, multis suasionibus ad cōtrahendum matrimonium Regem perpulit. Igitur rex unum ex suis fidum cum archiepiscopo, datis duabus triremibus, quæ eos deueheret Cyprum, mittit. Imperator cum audisset duas regias triremes, quæ ad se non diuerterant, Cyprum uersus præter nauigasse, causam profectionis earum ignorauit, Coriolanum Cepionem, & Petrum Tholemerium, Dalmatas præfectos cū duabus triemibus illuc mittit. Quibus mādat, ut reginam adeant, suōq; nomine eam saluent, & si res exigēret, imperatorem cum classe, ad omnem ipsius reginæ uoluntatē uenturū polliceātur. Deinde si quid noui in illo regno esset, ut ad se celeriter redeant iubet. Interim dux Cretenſiū imperatori rumore quodā motus scribit, Cyprios animum syncerum nō habere, atq; res nouas moliri. Quapropter imperator Victorem Soprantium legatum cum octo triremibus, præter illas duas quas iam miserat, Cyprum mittit, ut uideret ne quid derrimens regnum

regnum illud caperet. Victor absq; mora  
Methona soluens, præmissas triremes Cre-  
tæ cōsequitur. Coriolano uti præcedat iu-  
bet, mandata ab imperatore accepta exe-  
quatur, se cum reliquis triremibus subsecu-  
turū quām primū affirmat. Interim archi-  
episcopus Cyprū appulsus, amicis atq; po-  
pularibus suis consiliū aperit, & ad occu-  
pandū regnum suadet, facile illos tyranni  
dem regni obtinere posse affirmat. Regis  
Ferdinandi filiū, puerū esse docet, cui regis  
filiam puellā etiam despōdere uolebat. Re-  
gem quoq; suū infantem esse ostendens,  
illos inter duos pueros dominaturos, mo-  
dio tollerēt. Et ne Venetorum potentiam  
pertimescerent, multa illis cōmentatus est.  
Tunc homines perfidi, obliti iuris iurandi,  
quod sanctissimè seruādæ fidei gratia regi-  
næ præstiterāt, scelestū consiliū archiepisco-  
pi approbāt. Andreā Cornariū virum in-  
nocentissimum morti destināt, & ad occu-  
pandū regnū per tyrannidē coniurant. Se-  
quēti itaq; nocte dato signo, omnes ad ar-  
ma concurrūt. Primū reginæ medicū cum  
quodā ciue Polinzapa nomine, reginæ fi-  
dos atq; intimos, qui metu perterriti in cu-  
biculum

biculum ad reginā confugerant, inter manus ipsius reginæ trucidant, deinde ad inquirendum Andream tendūt. At ille audita cæde medici, ad arcem confugerat, ac à präfecto arcis exclusus inter duos muros arcis delituerat. Quem quidam Nicolaus, Epirotæ genere, uir omnibus probis obnoxius, coiuratis prodidit, qui ad locū uenientes, data fide Andream euocant. Tum satellites coniuratorum simul cum Marco Bembo, Andreæ ex sorore nepote, eū trucidant, uestibusq; expoliatos, nuda corpora relinquunt, quæ quidā dispensator Andreæ in æde diuī Dominici sepeliuit. Ex fœdere antiquo Veneti prætorē Cyprum mittūt, qui Venetis in ea insula ius dicit. Erat tūc p̄etor Nicolaus Pasqualicus, ad quē coniurati conueniunt. Andream ob auariciam a militibus quibus mercedē non soluerat, occisum narrant. Se in fide reginę & in Venetorū amicitia mansuros affirmat. Prætorē rogat, ut Senatui Veneto, & Imperatori scribat, Andreā sua culpa a militibus mercenarijs, quos stipēdio fraudauerat interfectū esse. Se quoq; oratorē Venetas & ad imperatorem mittere uelle dicūt, qui et fidē corū integrā regi suo cū matre, & amicitia per-

C O R I O L A N T  
perpetuā Senatui Veneto polliceatur. Prä-  
tor tametsi eos falsa locutos sciret, tamen  
tempori inseruiens, omnia se facturū pro-  
mittit. Deinde coniurati ad regiam conue-  
niunt. Tum filiam regis, puellam annorū  
sex, filio regis Ferdinandi etiam impuber-  
despondent. Titulum principis Galileæ, &  
multa prædia doti promittunt. Hoc apud  
Cyprios successores regni gaudent. Qui-  
bus peractis, unam ex regijs triemibus cū  
illo regio nuncio, qui cum archiepiscopo  
uenerat, uti regi Ferdinandō acta signifi-  
cat mittunt. Deinde metuentes Venetorū  
potentiam ne se opprimerent, antequam  
ipſi suas opes firmassent, oratorem Vene-  
tias, & ad imperatorem classis mittunt, ut  
atrocitatem cædis Cornariæ leniat, & si  
qua expeditio contra eos futura esset, rem  
quoquo modo posset protraheret. Literas  
quæ regiæ nomine, eiusq; manu adscri-  
ptas, & ad Imperatorem & ad Senatū mit-  
tunt, quibus continebatur Andream à mi-  
litibus propter eius avariciam occisum, se-  
cum filio regnum libere administrare, om-  
nesq; sibi fidos, ac dicto obediētes esse. Nā  
regina tyrannide oppressa, omnia ex ty-  
rannorum uoluntate agebat, & hæc non  
ex

ex sua, sed ex coniuratorum sententia scri-  
 pserat. Deinde tyranni sibi fidos, ac scelerū  
 concios arcibus præficiunt. Et quoniam  
 in grario nihil pecuniarū erat, tyranni mul-  
 ta uasa Regis argentea cōflant, satellitibus  
 suis stipendium daturi, nummum percu-  
 tiunt. Dum hæc aguntur, duæ triremes ab  
 imperatore missæ Cyprū ueniunt. Extra  
 portum Famagusta ad scopulos ancho-  
 ras demittunt. Hic Coriolanus cum socio  
 cognitis rebus, rem dissimulare ad tēpus  
 statuit, tamen ad confirmandos bonorum  
 animos, tyrannorumq; deterrendos deli-  
 berat ex aliqua uerisimili causa reginę nun-  
 ciare legatum cum octo triremibus aduen-  
 tare, imperatōrēq; non post multos dies es-  
 se uenturum. Itaq; ad reginam accedens, se  
 ab imperatore missam esse dicit, uti nun-  
 ciaret quoniam imperator audiuerit Sulta-  
 num Aegyptiorū principem Carolę regis  
 sorori regnū Cypri polliceri. Legatū cum  
 decem nauibus præmisſe, se quoq; prope  
 diem cum tota classe esse uenturum, ut om-  
 nes intelligent Senatum Venetū, & ipsum  
 imperatorem, reginam & regnum Cypri  
 contra quoscumq; tueri uelle. Quo nuncio  
 regina aliquātulum cum omnibus bonis

recreata est. Tyranni hæc audientes, suæ sa-  
luti dissidere cœperūt. Quarta post die, So-  
prantius Legatus cum octo triremibus ue-  
nit, extra portū naues reduxit, nec ipse ur-  
bem intrare uoluit. Duo ex coniuratis ac-  
cepta fide ad legatū ueniuunt, Andreæ au-  
ticiam accusant, suam ac suorum innocen-  
tiā apud legatum approbare conantur.  
Tūc se & sua omnia Senatui Veneto credi-  
tuos pollicentur. Legatus tametsi uerba  
factus non conuenire aduerteret, tamen si  
consilio eos ad resipiscētiā reuocare pos-  
set, tentare statuit. Igitur coniuratis respon-  
dit, Andreæ cædem non publicam, sed pri-  
uatam iniuriā esse, eos modo in fidere  
gī suo manere uelint, Senatum Venetum  
amicos habiturū affirmat. Ad hāc rem non  
uerbis, sed factis opus esse. Proinde si uera  
sunt quæ pollicētur, arces ac uectigalia re-  
gni reginæ restituant. Illi ex cōmuni consi-  
lio reliquorum omnia se facturos promit-  
tunt. Legatus cū plures dies in componen-  
dis rebus cum tyrannis consumpſisset, ni-  
hilq; ab ijs præter uerba se habere posse ad  
uertēret, ad Senatum atque ad imperato-  
rem scribit, reginam, ac regnum graui ty-  
rannide oppressum, nec à se tyrannos ad  
sanus

sanius cō filium oratione adduci potuisse.  
Itaq; ad liberandum regnū, armis atq; ua-  
lidiore expeditione opus esse. Iam impera-  
tor successorem sibi Triadanum Grittum  
uirū acris ingenij, atq; in repub. exercitatu  
estate tamen pergrauem, utpote qui octua-  
gesimum & quartum annū expleuerat, de-  
signatū esse audiuerat, si mulcū cum eo duos  
legatos, Lodouicum Bembū qui ante bien-  
hū legatus etiam fuerat, & Iacobum Mar-  
cellū, uiros magni animi, atq; in re nauali  
plurimū uersatos. Quare Senatus decretū  
quo missus in patriam redire posset expe-  
ctabat, cum coniuratorum orator ad eum  
uenit, mandata exequitur. Imperator in-  
crepatum oratorem à se dimittit. Tum nō  
secus ac par est in tali re motus, nō esse ces-  
sandū ratus, magistrum classis ad se uocat,  
ut naues instructę, classiscq; parata sit iubet.  
Forte tunc aderant triremes magnę septē,  
quatuor quae Alexandriam mercatorię rei  
gratia petebant, tres quae ob eandem rem  
Sytiā uersus proficiscebātur. Imperator  
omnes à cursu suo retiner. Alexandrinas  
Cretam mittit. Magistratui, quo in statu  
res Cypriæ sint significat. Sunt Cretæ sti-  
pendiarij equites multi, quorum maiores

res, cum coloniæ in illam insulam à Venetiis deducerentur, equis militaturi prædicti acceperant. Igitur duci Cretensium Imperator mandat, ut quam maximum numerum equitum comparet, nauibus Alexandrinis imponat. Præterea iubet, ut quascunque naues onerarias nactus fuerit, cibarijs oneret, mercenarijs militibus ex praedijs ciuitatum deductis, ac sagittarijs Cretenibus compleat, has omnes copias ad se expectandum Rhodū mittat. Ibi enim omnes copias colligere, deinde Cyprū petere statuerat. Tres naues Syriacas Neapolim mittit, prefecto urbis scribens, ut quantum naues ferre possent in eas equitū imponat, cursusq; earum Rhodum uersus dirigit. Ipse ex urbibus Peloponnesi praediarios milites assumens, in naues distribuit. Præter hæc equites in singulas decem assumit, duas triremes magnas, quæ classi necessaria subministrare solent, cibarijs ac tormentis ad expugnandas urbes necessarijs onerat. Equitum etiam quantum ferre poterant imponit. Tum per omnes urbes atq; insulas Græciæ edictū mittit, quo præcipit, ut quacunq; naues Veneti nomini ad eas applicuerint, capitis pœna, et bonorum

norum amissione indicta, Cyprum se con-  
ferant. Quibus strenue paratis, Imperator  
cum omnibus copijs Rhodum uersus ten-  
dit. Inter nauigandum redduntur ei literæ  
à Soprantio legato, quibus significabatur  
Cyprum à tyannide oppressam, & quem  
animum tyranni haberent, quid ue ipse cū  
illis egisset. Imperator ex literis legati, re-  
bus cognitis, mature se Rhodum contulit.  
Dum ibi aliquot dies moraretur, nondum  
omnes apparatus undiq; uenerant, quos  
ipse expectare statuerat, ut cum ualidissi-  
mis copijs ad insulam accedere, & hostem  
opprimere posset, literas à Soprantio acce-  
pit, ex quibus cognoscit, tyrannos metu  
perterritos aufugisse, remq; Cypriam iam  
in uado esse. Regina autem scribebat, et si  
Principes tyrannidis, auditis copijs atq; in-  
genti imperatoris apparatu, metu perterrati  
profugissent, restare tamen multos, qui  
omnium consiliorum participes tyranno-  
rum fuerant, & qui multa cōtra ius & fas  
dixerāt & fecerant. Præterea plurimos e-  
tiam pr̄ter noxios esse, qui nunc ad poten-  
tiā suā cuncta trahendo omnia pertur-  
babant. Totumq; regnum in magno discri-  
mine esse affirmabat. Quapropter uehe-

g 3 menter

menter imperatorē rogabat, obtestabatur  
que, ne se ac regnū in maximo periculo po-  
sitū deferereret, sed cum omnibus copijs ad  
extirpandā tyrannidē, & componendū re-  
gni statū uenire maturaret. Imperator le-  
tis literis reginæ ac legati, diligentibꝫ vesti-  
matione omnibus penitatis, cū omni ap-  
paratu Cyprū se conferre statuit. Primum  
ut regnū à tyrannide uendicatū compone-  
ret, deinde ut omnibus ostenderet Veneto  
rum potentiam cum res exigerent, quām  
in expedito fit. Igitur cum omnibus copijs  
Rhodo soluens, Cyprum uersus tendit, at  
que intra paucos dies Famaugustā uenit.  
Hic Imperator ut armati adfiant, omnibus  
iubet. Deinde media urbe in campo Diui  
Nicolai, ante regiā, ipsa regina cum omni  
bus Cypriorum principibus inspectante,  
exercitū lustravit, omnesqꝫ copias in con-  
spectū dedit. Regina & principes uiso in-  
genti apparatu, obstupuere, admirātes im-  
peratoris nostri studium ac diligentia, qui  
media hyeme, saeuiente mari, fœdaqꝫ tem-  
pestate nō nunquā interpellante, tantas co-  
pias ex diuersis locis tā breui tēpore con-  
traxerat. Imperator inito numero copiarū,  
naues mercatorias, cæterasqꝫ omnes que  
undiqꝫ

undiq; euocatq; aduenerat, pr̄ter rostratas  
 suæ classis soluit. Equites cuiusq; generis  
 cū militibus ex pr̄fidijs deductis domū re-  
 misit, sagittarios Cretēses tātū retinēs. De-  
 inde ex Veneta natione pr̄fectos delegit,  
 quos cū pr̄fidio Cretēsiū sagittariorū om-  
 nibus arcibus pr̄fecit. Quibus expeditis,  
 quoniā post fugā tyrannorū regina mul-  
 tos ex satellitibus cōprehēsos in carcere re-  
 tinebat, Imperator habita quēstione cēdis,  
 participes atq; cōscios supplicio affecit. Cæ-  
 teros suspectos cuiuscq; cōditionis in exiliū  
 misit, multos noxios, maleq; animatos per  
 insulā delitescētes, aqua igneq; interdicto,  
 proscripsit, & nō nullos qui studio reginæ  
 contra tyrannos operā suā nauauerant, co-  
 gnita causa, ex bonis tyrannorū remunera-  
 uit. Et iam ab Imperatore omnia cōposi-  
 ta, & regnū pacatū, ac quietū erat, cum red-  
 dūtur ei litorē Nicolai Marcelli ducis Vene-  
 torū, cum Senatus decreto, quo prouincia  
 Cypri ei demādebatur. Multa dux in expe-  
 ditione facienda imperatorē monebat, ut de-  
 retinēdis nauibus negotiatorijs, de equiti-  
 bus Cretēsibus ac Epiroticis, de militibus  
 pr̄fidiarijs, quæ omnia imperator, admo-  
 nitiones Ducis, ac Senatus superās, cōsilio

ac diligētia sua iā fecerat . Hoc mirū . Nam  
qu e quid post mortē regis Senatus ad co-  
seruationē regni fieri iussit , omnia Impera-  
tor suo consilio præoccupauerat , et si iam  
nihil quod agerer relictum erat , tamen ex  
Senatus decreto Cypri manere , & successo-  
rem expectare ei necesse fuit . Interim ue-  
nit Iacobus Marcellus nouus legatus , qui  
ab Senatu cum pecunia ad conducendos  
ex Peloponneso equites missus fuerat . Cæ-  
terum auditis ab imperatore gestis , omisso  
negocio pecuniam ad imperatorem detu-  
lit . Imperator accepta pecunia Marcellum  
cum decē triremibus ad tutandas Aegeas  
in sulas misit . Et cum iam per multos dies  
Cypri successorem expectasset , nihil de ad-  
uentu successoris audiret , tandem reddun-  
tur ei à successore literæ , quibus significa-  
bat se in terrā Græciam uenisse , sed ex Sena-  
tus decreto Cyprum accedere nolle , quo-  
ni m totum negocium illius regni ei de-  
mandatum erat . Imperator acceptis literis  
successoris sui , cernens regni statum opti-  
me constitutum , & omnia quieta & paca-  
ta esse , domum redire , quoniam iam tem-  
pus exposcebat statuit . Victorem Sopran-  
tium legatum , qui etiam ex Senatus decre-  
to

to in expeditione terrestribus copijs praeſe iuſſus fuerat, cum decem triremibus ad Præſidium regni Famaugustæ manere iuſſit. Ipſe reginam adiūt, quam benigne alio-  
citus, Venetorum potentia, & opera ſua, regnum à tyrannis liberatum, eiq; restitu-  
tum eſſe dicit. In posterum etiam ſi opus fuerit, & Senatus nomine, & ſuo, maiora  
promittit. Regina collaudato imperatore,  
Senatui Veneto, et imperatori gratias agit.  
Ipſum patrem ac liberatorem regni appellat. Quem ob res bene ac prospere gestas,  
ſcuto egregij operis, ac uexillo ſerico, uer-  
miculo tinctorio, atq; auro picto, cum regijs  
signis donat. Legatis quoq; minora uexil  
la dedit. Imperator regina ualere iuſſa, atq;  
regio puerο, quē regis mater in manibus  
tenebat ex osculato inde digreditur. Ipſe re-  
licto legato, cum reliqua claſſe Cypro ſo-  
luit. Dura nauigatione uetus, remis aduer-  
ſo uento Eretijs flantibus (quoniam æſtas  
era) primum Rhodum, deinde Cretam,  
post Methonam uenit. Hic accepit hostem  
Scodram oppidum multis annis Veneto-  
rum ditioni ſubditum, ingenti apparatu  
obſidere. Scodra ſita eſt in monte excelso,  
undiq; prono ac declivo, aliquibus etiam

in locis præcipiti, in ea parte Illyrici, quæ ab Epirotis occupata, nunc Albania appellatur Regio fertilis, omnibus ad uitium mortalium necessariis abundans. Ex parte occidentis oppidi est lacus, octuaginta milia passuum in circuitu patens, nomine ab oppido sumit, & lacus Scodræ appellatur, ex quo fluuius exit, qui præterfluens radices montis in quo oppidum situm est, alluit. Hunc fluuium incolæ Bolianæ uocat. Scodræ priscis temporibus Plinio teste, Drino quoque amnis à parte orientis præterfluebat, qui mutato alveo nunc iuxta Lyssum decurrit, ab hostio Bolianæ decem milia passuum orientem uersus, bino hostio mare intrat. Cuius fluuij ad Scodræ, & alveus siccus, & pontis uestigia extant. Miror cur nec Plinius, nec Strabo diligenter simus Geographus, de lacu tam insigni, nec de eius fluuiio ullam mentionem fecerint. Hi ambo fluuij nauigabiles, etiam onerarii sunt. Planicies inter eos ac circu[m] adiacentes campi ita fertiles sunt, ut semina temere iacta, & absq[ue] diligentiori cultura mirabilem fructum ferant. Hic ab incolis pecora quoque pascuis repelluntur, ne nimia satietate interimantur. In circuitu regionis montes

montes sunt præalti atq; asperi. Humilioz  
ra colles aprici tenent, uinetis oliuetisq; op  
time confiti. Maritima huius regionis pro  
pter paludes, syluæ cæduæ occupat, quæ ad  
naues fabricandas multam materiam præ-  
bent. Quamobrē Othomanus, qui spe or  
bis imperiū amplecti uidetur, hanc regio-  
nem et ad alendos exercitus, et ad fabrican-  
das naues, conseruandamq; classem pro-  
pter duo fluminā opportunā existimans,  
Scodrā caput, atq; arcem totius regionis ex-  
pugnare statuit, quam si cepisset, nō dubi-  
tabat totā regionē in suā ditionē esse cessu-  
rā. Sperabat enim redacta in postestate Af-  
bania, exēplo Alexandri et Pyrrhi, Epirotæ  
rum regū, cum classe Adriaticū sinū trai-  
ce, & quod illi non potuerant propter exi-  
guas uires, se ualidissimo apparatu, ingen-  
tibusq; copijs Italiam occupaturū. Igitur  
Solimano Bassæ Romaneæ expugnandi  
oppidi prouinciam demandat. Hic captus  
in Pannonia inferiori, quam regionē nūc  
Boszinā dicimus, puer admodū ob egre-  
giam formā Othomano dono datus est,  
quē ille eunuchū fecit, & in cōsuetudinem  
stupri habuit. Deinde superiori anno iam  
uirū in locū illius Bassę, qui in Persico præ-  
lio

lio occubuerat, ad summum magistratum  
prouexit. Cui ad octo milia Ianizaros ex  
sua cohorte, & centum opifices ad funden-  
das atq; exercendas bombardas dedit. Bas-  
sa omnes duces prouinciarum, quæ citra  
Hellestantu sunt, Othomanosq; obediunt,  
ad se uocat, uti quisq; cum suis copijs adsit  
jubet. Quingentos camelos, qui æs deue-  
lant ad cōflandas bombardas parat. Qui  
bus expeditis, cum toto exercitu per Mace-  
doniam, deinde Tribalorum prouinciam  
pertransiens, in Albaniā uenit, omnes cir-  
cuniacentes campos Scodræ copijs suis oc-  
cupat. Hic inito numero cōpiarum, octua-  
ginta milia hominum in exercitu se habe-  
re comperit. Itaq; distributis partibus op-  
pidū undiq; obsideri iussit. Et ne quis exi-  
re aut intrare oppidum posset, diligentissi-  
me obseruari mandat. Opifices ad funden-  
das bombardas, operam intendunt. Bassa  
cæsis trabibus in proxima silua, infra oppi-  
dum, mare uersus fluuium ponte iunxit.  
Cui Alibegum audacissimū Tribalorum  
ducem cū suis copijs præsidio locauit. Im-  
perator intellecta obsidione Scodræ, eti-  
mū successorem suum cum aliquot triremibus  
illuc profectū esse sciebat, tamen ne in ali-  
qua

qua parte rei pub. decesset, mature se ad Al-  
baniā transferre statuit, & cum Corcyram  
uenisset, redditur ei literæ Venetorum du-  
cis, cum Senatus decreto quo demandaba-  
tur ei prouincia Albaniæ defendendæ. Ac-  
cepto igitur decreto, absq; mora cum Ste-  
phano Malipetro legato suo, Albaniam se-  
contulit, atq; hostiū Bolianæ intrans, Tri-  
danum Grittum successorem suum, cū Lo-  
douico Bembo eius legato offendit. Moce-  
nicus et si ex Senatus decreto, solis cuncta  
agere poterat, tamen ut est minime ambi-  
tiosus, semper publicam utilitatem suæ di-  
gnitati p̄ferens, omnia ex communi com-  
filio successoris facere & disponere statuit.  
Miserat Senatus Leonardū Buldum lega-  
tum, virum multarum rerum usu sapien-  
tem, & qui in Albania multo tempore uer-  
satus fuerat, ut terrestribus copijs in hac ex-  
peditione p̄aeffet. Hunc imperatores cū  
quatuor triremibus, Catarū miserunt. Ca-  
tarus urbs, est Dalmatiæ, in sinu Risonum  
sita, ciuibus frequens, agrum quoq; am-  
plum & bene habitatum habet. Hanc Ri-  
sonij diu bello uexati, propriam sedem re-  
linquentes, in tutiori loco ædificarunt. Im-  
peratores Leonardo mandat, ut Iuanum  
Cernoium

Cernoii, qui Illyricis lacu accolentibus de-  
minatur, federatū & amicum Venetorū  
adeat, uiroq; suadeat, ut collectis omnibus  
copijs, tā suis quām ex ciuitatibus quaē Ve-  
netis parent aduocatis, terrestri itinere Sco-  
dræ subsidium ferat. Leonardo iubēt qua-  
tenus fabricatis nauibus, per lacu simul cū  
Iuano ad Scodram suppetias latus se cō-  
ferat. Deinde quin q; triremes, ut Drinonē  
intrantes, præsidio Lyfso fint mittūt, quo-  
niam Lyfsi oppidū in plano situm ac male  
munitum est. Insula nō parua Lyfso adia-  
cet, quam Drino diuisus bino hostio mari  
influens efficit. In hac se pene ex omnibus  
uicis Albaniæ incole cum rebus receperāt.  
Igitur præter triremes multa nauigia bene  
armata, ut insulam tuerentur mittūt. Dyr-  
rachiu quoq; quatuor triremibus, & equi-  
tum Epirorarū præsidio firmāt. Hæc ciui-  
tas maxime tēpore bellorū ciuiliū celebra-  
ta suit. Nam Pompeius omnes apparatus  
belli contra Cæsarem in eam contulerat,  
nunc propter aeris malignitatē deserta ac  
pene inhabitata est. Multa tamen monu-  
menta egregiæ urbis in ea adhuc manent.  
Inter quæ statua equestris cnea ad portam  
quæ cōtinente spectat posita est. Hæc quo  
niām

Niam fine inscriptione est) alij Theodosij  
imperatoris , alij Cōstantini esse afferunt.  
Hanc urbē Veneti propter cōmoditatēm  
portus imposito præsidio custodiunt. Bu-  
tuano etiā , atq; Antibaro & Olchino mili-  
tum ac nauium præsidia mittūt. Olchinum  
prius Colchiniū dictū est à Colchis cōditū  
Cuius ciues etiā nunc nescio quid feritatis.  
cōditorū suorū retinentes, hospitibus duri-  
atq; infesti sunt. Imperatores cum reliqua  
classe iuxta templū Sergij martyris in con-  
spectu oppidanorū manēt. Templū à ma-  
ni quatuordecim milia passuum distat. à tem-  
plo ad Scodrā quinq; milia passuum sunt.  
Ultra qdēm fluuius pluribus in locis uado-  
sus, tiremes, aliasq; grādiores naues tran-  
sire non patitur . Ex hoc loco imperatores  
oppidāis, & oppidani imperatoribus, quo-  
tidie mane ac uesperi, accenso igne, cōstan-  
tis animi signum ostendebant. Boliana in-  
tra templum , octo milia passuum , ex u-  
traque parte, faxoso colle occurrente in ar-  
ctissimas fauces coit . Hunc locum incolæ  
Scalam appellant . Transfuga quidam im-  
peratoribus refert, hostem trabes ac ca-  
thenas parare, faucesque fluuij occludere  
uelle affirmat . Quapropter imperatores,  
instructis

instructis nauibus, & hostes simul ad occi-  
pandum locum contendunt. Cum nostri  
uenissent, iam utraq; ripa à confertissimo  
hoste occupata erat. Hostes nostros sagittis  
infestant. Nostri uero lapidibus & glande  
plumbea tormentis excussa, hostem affi-  
gūt, telaq; cuiusq; generis ingerentes, mul-  
tos uulnerant. Et quoniam nostri tecti ac  
muniti, hostes autem ad omnem ictum ex-  
positi præliabantur, nec aliquod telum à  
nostris in confertissimos hostes in cassum  
mittebatur, multi hostium cadebāt. Igitur  
hostes multis occisis, pluribus uulneratis,  
nostris liberum locum relinquentes, terga  
uertunt. In hoc certamine Turcorum circi-  
ter quingenti interiere. Ex nostris etsi mul-  
ti sagittis uulnerati sunt, ne umus quidem  
desideratus est. Imperatores relictis qua-  
tuor tritemibus ad præsidium loci, cum re-  
liqua clafe ad Martyris ædem se recipiūt.  
Interim Bassa ad destruendos muros qua-  
tuor bombardas magnas, duodecim mino-  
res quibus tecta oppidi deinceps, fuderat.  
Itaq; die noctuq; non cessabat, crebris ictu-  
bus bombardarū muros prosternere, qui  
nō multe crassitudinis, ob uerustatē etiam  
debiles ac inualidi facile ruebant. Erat int:  
oppido

Oppido Scodræ Prætor, & totius Albaniæ Legatus, Antonius Laoredanus, clarissima familia ortus, vir maximi animi, indefessus ingenij, & omnia extrema pro patria subire paratus, qui præsenti animo omnia circumspiciens, ubi muros lapsuros aduer tebat, palos defigebat, quos transuersis tribus firmabat, deinde interiectis cratis, ex terra et stercore equino, cuius in oppido magna copia erat, aggerem quindam pedum latum, & uiginti altum extrue bat. Supra aggerem, dolia uinaria terra repleta, loco pinnarum disponebat, quibus oppidanis tecti in hoste pugnare possent. Laoredanus adolescentē quendam, Epirotam genere, fidentis animi magnis promissis per pulit, ut suas literas imperatoribus deferat. Adolescentē acceptis literis, nactus, tonitruis ac nimbis ingruentibus, horrida & obscuram noctem per media castra hostium euadit, Imperatoribusq; literas reddit. Quibus Antonius scribebat, se situ loci, uirtute oppidanorū, munitionibus a se extructis inexpugnabilem existimare. Ceterū quia euentus belli dubius erat, Imperatores rogabat, ut si bi subsidium ferre cohaerentur. Nā ipse quoq; rem difficilem fo-

re cernebat, quoniam ualidissimus hostis  
omnes aditus firmis præfidijs occupau-  
erat. Imperatores lectis literis, ad Leonardū,  
iutrem acceleret cum Iuano, scribunt. Leo-  
nardus sua diligentia omnia expedierat, &  
Iuanus non paruam manū peditū, quibus  
Georgium fratrem suum præfecit, college-  
gerat. Leonardus præter quatuor naues,  
quas ipse fabricauerat, fluvia ticas lyntres  
triginta instructas & bene armatas in clas-  
se habebat. Est mons à sinu Risonum usq;  
ad Bolianā perpetuus, qui quasi quodam  
promontorio declivus in ripā Bolianæ ex-  
aduerso Scodræ definit, totus saxosus, &  
asper, equestribusq; copijs inuius. Igitur  
statuta die, Georgius per dorsum montis,  
Scodram uersus copias ducit. Leonardus  
cum classe per lacum ad nauigat. Miserant  
collegia, quæ Veneti scholas uocat, quoniam  
triremes propter fluminis uadū ad oppi-  
dū peruenire nō poterant, nauiculas písca-  
torias armatas septuaginta. Imperatores  
magistrū classis cū expeditione nauicula-  
rum, uti cum nostris, si quo pacto se con-  
iungere posset, mittunt. Ille tabulis undiq;  
obtinente sagittis infestaretur, remis innia-  
xus,

xus, aduerso flumine, ad oppidum tendit.  
Nec hostis interea cessabat, nam quę apud  
nos agebantur, à trans fugis edocitus erat.  
Igitur ad radices mōtis, quo Georgius uen-  
turus erat, duodecim milia lēctissimorum  
equitū cum duce Cāsabego opponit, pon-  
temq; dupli cī präsidio munīt. Supra oppi-  
dum unde Leonardi clāsem uenturam ti-  
mebat, minores bombardas in ripa flumi-  
nis disposuit. Sagittarijs, cæterisq; militi-  
bus, qui nostros missilibus tormentis ex-  
cussis propellerēt, locū muniuit. Georgio  
ergo ex mōte descendēti, Cansabegus in-  
strūcta acie occurrit, & cū ad laçidīs iactū  
uentū effet, sagittis & alijs missilibus in ui-  
cē eminus præliātur. Maxime Illyrici ex su-  
periori loco, lapidibus fundis excussis Tur-  
cos affligebant. Nam Georgius propter e-  
questres copias hostium, monte descende-  
re, & campis se credere non audebat. Nec  
Cansabegus equestribus copijs, intercedē-  
tibus præruptis saxis, montem ascendere  
poterat. Leonardus cū ē lacu in fluuiū clas-  
sem inducere uellet, offendit flumen pisca-  
torijs structuris, totū quasi de industria ad  
prohibendum aduentū classis, impeditū.  
Hoc enim in loco magna captura pisciū sit,

ex qua Veneti quinqup milia aureorum usque  
Etigal exigere solent. Itaque classiarij ultra  
progredi non ualentes, in primo aditu flu-  
minis, cum Turcis manum cōserebat. Hic  
quidā Turcus iactabundus obequitabat,  
sæpius inclamitans, si quis Venerorū sin-  
gulari certamine secum pugnare auderet,  
extra tecta nauium exiret. Tū unus ex na-  
uilibus socijs Illyricus natione ē nauī pro-  
filiūt, cum hoste congreditur. Dum Turcus  
arpe eum ferire studet, Illyricus ictū scuto  
excipiens, Norico ense Turci latus hauisit,  
hostemque equo detracū expoliat, caputque  
ei abscidit, quod in nauem rediens ante pe-  
des ducis magna cum laude proiecit. Inte-  
rea magister classis cū sua expeditione ad  
pontem uenit, sed cum nec transire pon-  
tem, nec hoste prohibēte destruere posset,  
sagittis tantū, & glande plumbea, Turcos  
pontem tuentes uulnerabat. Igitur cū no-  
stri duces frustra conatus fieri aduertissēt,  
signo receptui dato ab incepto desistūt, &  
ad stationes suas copias reducunt. Deinde  
imperatoribus referunt, Bassam ualidissi-  
mis præsidij cunctā firmasse, nec sine ma-  
gna equitum copia oppidanis subsidium  
se ferte posse affirmant, quoniam tota re-  
gio

gio campestris erat. Imperatores, reiecta in  
 praesens spe subsidiij, quoad Senatus uali-  
 diores copias præparet, totam spem in situ  
 oppidi, & oppidanorum uirtute ponunt.  
 Interim nouus imperator cum Lodouico  
 Bembo legato suo, graui morbo corripi-  
 tur. Nam tota regio Bolianæ adiacens, in-  
 salubris atq; pestifera est. Paludes enim &  
 stagnantes aquæ, crassam nebulam exha-  
 lantes, aerem corruptum, qua peste, tota  
 pene classis correpta atq; prostrata erat. Iḡi  
 tur Triadanus cū Bembo legato suo pro-  
 curandæ salutis gratia, Catarum se confe-  
 sunt. Mocenicus & ipse non satis ualidus,  
 finem oppugnationis cum Malipetro ex-  
 pectare statuit. Iam Basia omnes muros  
 Scodræ deicerat, & Laoredanus noua mu-  
 nimenta è terra ac stercore erexerat, nec  
 hanc munitionē bombardæ destruere po-  
 terant. Nam omnia saxa bombardarum  
 mollis materia in se recipiens, nihil detri-  
 menti sentiebat. Eunuchus ad Laoredanū  
 mittit, uti oppidū dirutum atq; prostratum  
 dedit. Quod si fecerit, magna præmia à  
 principe suo accepturum, interq; primos  
 apud Othomanum eum futurum promit

tir. Nec expectare uelit, ut capto oppido  
victoris licentia per omnes gradus, atque  
sexus sine discrimine uagetur. Tum Laore-  
danus respondit, Non esse se ex illa collu-  
uione Othomani ad præsidium oppidi e-  
lectum, sed ex patricia Venetorū gente, cu-  
ius maiores non oppida sibi credita hosti-  
tradere, sed urbes expugnare, & hostem in-  
ditionē accipere soliti essent, se uero fi-  
dei integratē, patriq; amorē omni gazz,  
atq; opibus Othomani longe præponere.  
Ille uero si uir & non mulier, ut fertur, est,  
oppidū muris nudatū capere festinet. Igi-  
tur Bassa, spe ditionis amissa, crates ac  
pluteos, quibus sui tecti munitiones subi-  
rent, præparat. Tū harpagones, manus fer-  
reas, atq; falces longis hastis præfixas mili-  
tes habere iubet. Sca is opus non erat, nam  
per ruinas murorum ad summitatē muni-  
tionū euadere poterant. Igitur primo cra-  
tes & pluteos ferentes ad protegendos qui-  
sequebātur, præire iubet. Deinde hastatos,  
quibus Ianizaros scuto & ense tantū leui-  
ter armatos, ut ad munitiones expediti e-  
uadere possent, interposuerat, subsequi-  
mandat. Post hos sagittariorum atq; alio-  
rum militum ingentem copiam, qui glan-  
de

de plumbea, atq; alijs missilibus oppida-  
nos à defensione deturbarent, locat. Itaq;  
disposita acie, ac distributis ordinibus, an-  
te lucē undiq; ingentibus copijs montem  
circundat, & ad oppidū tendit. Interim op-  
pidani ad summouendū hostem se præpa-  
rant. Erāt in oppido multa uasa uiminea,  
fimo bubulo oblita, in quels oppidani fru-  
menta seruare soliti erant. Ea uasa pice, tæ-  
da, stupa, sulfure cōplent, quæ igne incen-  
sa in hostem demissuri erāt. Saxa ingentia  
per munitiones disponunt. maiores bom-  
bardas paruis lapidibus suffarciūt, ut uno  
ictu simul excussi plures vulnerare pos-  
sent. Quibus paratis, oppidani omnibus  
missilibus instructi, taciti ex industria, quo  
usq; hostis munitiones subiret, expectant.  
Turci magno clamore edito, corona oppi-  
dum aggrediuntur, per ruinasq; murorum  
ad munitiones euadere conantur. Tum  
oppidani præsenti animo hostem telis ob-  
tuunt, nō nullis harpagones, & manus fer-  
reas extorquent. Viminea uasa ardentia in  
hostem demittunt, quæ pestis Turcis ma-  
xime ineuitabilis erat ( Confertissimo e-  
nim hoste totus mons erat oppletus ) ua-  
sa rotunda per declivium montis se rotan-

tia, obuios quoque adurebant. Tum sa-  
xa ingentis magnitudinis deuoluunt, quæ  
in subiectas petras per prona montis sa-  
pius incidentia maiore imperu ferebātur,  
atq; cateruas Turcorum proterebant. La-  
pides quoque plures simul bombardis ex-  
cussi, non singulos, sed turbam inimicorū  
occidebāt. At Turci indignati per aceruos  
cadauerum, beluarum more ruenentes, mu-  
nitiones ascendere conabantur. Sed oppi-  
dani magnanimi atq; audaces ubiq; ade-  
rant, saxa, ignem, ac tela ingerentes hostē  
prosternūt, à munitionibusq; summouēt.  
Nec Laoredanus aliquo in loco deerat, cir-  
cumeundo cuncta prospiciebat, sicubi ra-  
tiores, saucios aut fessos defensores uide-  
rat; plures integros submittebat. Omnes  
hortabatur, obtestabaturq; per unicum ue-  
rum atq; immortalē Christianorū Deum,  
per integrā fidem quam erga Senatū Ve-  
netum habebant, à quo magna præmia de-  
fensi oppidi accepturi erant, ut memores  
uirtutis suæ, & Christianæ religionis, pa-  
triam, liberos atq; cōiuges à crudelissimo  
Barbaro detenderent. Nec Bassa cessabat,  
cum reliquis ducibus circumneundo, Tur-  
cos claua ferrea percutiendo, tanquam pe-  
cudes

tudes ad oppugnationem subagere. Et cū duas horas, ante lucem, ad quartā diei op-  
pugnatio durasset, nec aliquid Turci pro-  
ficeret, sed ubiq̄ passim caderent, proprijs  
corporibus suorū cadauera tegentes, tan-  
dem diffusi in fugam terga uertunt. Oppē  
dani eruptione facta, tergis hostium insi-  
stunt, fugientes usq; ad radices montis per  
sequendo trucidat. Tum multis signis mi-  
litaribus potiti, & spolijs occisorum onu-  
sti, in oppidum reuertuntur. In hac oppu-  
gnatione, Turcorum ceciderunt tria mil-  
lia, inter quos praefecti ac duces magni no-  
minis quatuordecim. uulnerati absq; nu-  
mero, quorum magna pars postea occu-  
buit. Ex oppidanis septem tantum deside-  
rati sunt, uulnerati quinquaginta nouem.  
Oppidani sequenti die, ligna, fasces, & aliā  
aridam materiam corporibus occisorum  
hostium superiaciunt. Deinde igne suppo-  
sito cadauera concremant, uerentes ne fœ-  
tida corpora aerem corrumpant, moribūq;  
Oppidanis inferat. Imperator cum accepis-  
set apud Scodrā à nostris rem bene & pro-  
spere gestam, nihilq; ultra de expugnatio-  
ne oppidi dubitaret, diligentiorem curam  
ad cōualescendū adhibere statuit. Nam &

morbis in dies crescebat, & iam audierat Lodouicum Bembū Legatum, Catari diē suum obiisse. Triadanum quoq; Grittum successorem suū, graui morbo oppressum proximum morti esse. Multos præterea ex præfectis triremiū naturæ concessisse. Eadem sibi metuens, ad medicos Ragusium concessit, relicto ibi Stephano Malipetro legato, etiam non satis ualido, qui imperatori affirmat nunquā à Boliana se recessum, etiam si certa mors sibi instaret, nisi prius hostis obsidionem Scodræ solueret. Ragusium est ciuitas Dalmatiæ, quam Epidaurenses, Epidauro à Gotis euerso, auspi- catiore loco condiderunt. Vrbs est libera, i.e gibis atq; moribus optime instructa. Ha- bet Senatum atq; magistratus, ordinē quoque patriciorum & plebis distinctū. Patri- ciū soli rem pub. administrant. Plebs tantū suis rebus studet, de publicis minime curia- osa est. Hęc ciuitas prę ceteris Dalmatię ur- bibus, publicis & priuatis operibus magni- fice extructa est. Habet & naulia, ac portū cathena clausum. Ciues etiam in diuersis prouincijs mercaturam exercentes, cäte- ros Dalmatas opibus superant. Hic impe- rator aduocatis medicis, potionibus ac me- dica-

dicamentis sanitatem procurat. Ciues etiam  
ipsi tranquam in aliquem presentem Deum,  
ac vindicem Christianae rei pub. certantes,  
in imperatorem officiosi sunt. Nam fama  
rerum gestarum imperatoris Mocenici o-  
mnia impleuerat. Bassa cum aduertisset ex-  
pugnatione Scodram capere non posse, &  
longo tempore oppidum obsidere non audie-  
bat, quoniam acceperat a Venetis ad se op-  
primendum magnos apparatus fieri, bom-  
bardas quas fuderat, in frusta cōcidere ius-  
fir, ut æs camelis exportari posset. Erat op-  
pidulum, Dagnum nomine, a Scodra sex mi-  
lia passuum distans, quod nostri in aduentu  
Turcorum, quoniam male munitum erat,  
supposito igne succensum dereliquerant.  
Huius castelli muros Bassa, ut aliquid fecis-  
se uideretur, destruere & solo æquare ius-  
sit. Quibus peractis, obsidionem soluens,  
exercitum dimisit, ipse in Macedoniam se  
recepit. In hac obsidione oppidanorum maxi-  
me siti laborauerant, penuriaque aqua-  
rum multas angustias sustinuerant. Nam  
puerorum, senum, & mulierum, debilis  
turba, siti confecti supra duo milia oc-  
culuerant. Nec aliquis oppidanorum,  
cum uiderent Coniuges & liberos ante

oculos

sculos deficere, animum ad deditonem  
conuertit. Et nisi obsidio soluta esset, quo-  
niā iam in oppido aquæ, quod uix ad tres  
dies, modicum quiddam singulis distribu-  
endo sufficere poterat, non erat, decreue-  
tant omnes uno impetu armati in hostem  
irruere, & ibi cum hoste uiriliter prælian-  
do, sanguinem suum ulti occubere. Itaq;  
soluta obsidione omnes ad fluum ruunt,  
desiderataq; multis diebus aqua se satiant.  
Hic multi aqua repleti stupidi rigentibus  
membris, statim mortui conciderunt. Im-  
perator audito hostis discessu, cū neq; me-  
dici, neq; medicamenta Ragusina aliquid  
eum iuuaret, graui ualeudine oppressus,  
Venetas se contulit. Nec post multos dies  
Triadanus nouus imperator Catari mori-  
tur. Stephanus Malipetrus Mocenici lega-  
tus, cum hostis suo discessu secura omnia  
reliquisset, classem dissoluit. Præfectis na-  
uum mandat, uti se ad salubriora loca cō-  
ferant, suam, & naualium turbæ sanitatem  
procurent. Nam pene omnes Bolianz  
morbo correpti iacebant. Ipse quoque in-  
firmus Venetas proficiscitur.


Licet

**L**icet nunc mihi in fine opusculi affic-  
mare, cum multa egregia facta Ve-  
netorum legiſsem atq; audisſem, null  
lum tamen extitisse imperatorem, quem  
Mocenico, in uicta virtutis imperatori cō-  
ferre posſim. Nam quis eo sapientius futu-  
ra präuidit? quis instantia prudentius diſ-  
posuit? quis deniq; ſolertiſ ac diligentiſ  
tuncta adminiſtrauit? Omnia enim conſi-  
lia hostium präoccupans, nullum locum  
in ferendæ iniuriæ inimicis unquam reli-  
qui. Prælia non minori audacia, quam fe-  
licitate inijicit, & cōfecit. Patiens laboris, ſom-  
ni parcissimus, uiuctuque militari potius,  
quam imperatorio cōtentus erat. Semper  
ſollicitus & intentus ne hōſti occaſionem  
rei bene gerendæ daret, ipſe nō ceſſans ho-  
rem aliquam inſigni clade afficere. Nam  
præter urbes captas, & prouincias ab eo de-  
ſolatas atq; euertas, multæ naues onerariæ  
Turcorum mercibus onuſtæ, & ſupra qua-  
draginta biſemes cum lembis piraticis in-  
terceptæ ſunt. Piratas omnes captos ſuppli-  
cio affecit. Naues ueligne conſumptæ, uel  
ad commodum urbium, quæ Venetiſ ſub-  
ditæ ſunt, reliquit: Itaq; toto quadriennio  
quo ipſe imperiū adminiſtrauit, res pub.

Venera

Veneta ne minimo damno affecta est. Huic  
ego uirum non tantum nostris imperato-  
ribus, sed Romanis illis magni animi atq;  
egregiae uirtutis præferre ausim. Nam hic  
non ut illi qui uana ambitione inflati, ca-  
ducis honoribus inhiantes, & ad propriā  
potentiam omnia referentes cuncta gere-  
bant, sed Christianæ religionis, & uero a-  
more patriæ captus, semper propriæ etiam  
saluti publicum commodum prætulit. Nō  
dignitates ei defuere, quas quo uehemen-  
tius fugiebat, citius consequebatur. Nam  
& ante imperium censuram integerime  
administrauit. Princepsq; in Senatu rogan-  
darum sententiarum sæpius fuit, & legati-  
onibus ad Pontificē & Imperatorem Ro-  
manum plerunq; functus est. Imperium  
administrans absens, frequenti cōsilio pro-  
curator Diui Marci creatus est, quæ digni-  
tas prima post ducatum apud Venetos ha-  
betur. Et iam domum reuersus, nondum  
satis procurata ualeudine, mortuo Nico-  
lao Marcello duce, uniuersa ciuitate in hāc  
sententiam concurrente, Dux Venerorum  
constitutus est, quæ dignitas instar Lacede-  
moniorum regū apud Venetos habetur.  
Dux urbi præpositus, ac rei pub. Princeps  
omnia

omnia ex Senatus consulto administrat.  
In hoc tantum à Lacedæmonijs Veneti dif-  
ferunt. Nam illi dunitaxat ex duabus fami-  
lijs reges constituebant, Veneti ex quali-  
bet patricia familia, modo moribus & uir-  
tute præster, ducem suum creant. Nūc ego  
summum immortalemque Deum precor,  
ut Mocenicus imperio suo, rebus bene ac  
prospere gestis rei publicæ statum firma-  
vit, ita nunc etiam princeps atq; dux,  
suo ductu atq; auspicijs, Veneto-  
rum imperium longe late  
que propaget.



DOMINI CONRADI VIRTUTIS EN  
GERI DE BELLO INTER  
Venetos & Sigismundum  
Austriæ Archiducem  
gesto libellus.

A  
CONRADI VVENERI D<sup>B</sup>  
Bello inter Venetos & Sigismun-  
dum Austriae Archistratæ  
gum Liber.

**I**llustrissimo excelsoque Principi Sigis-  
mudo, Archiduci Austriae, Comitiq<sup>z</sup> Ty-  
rolis, Domino suo gratiosissimo, uniuer-  
fisq<sup>z</sup> Baronibus euocatis, & c<sup>rarijs</sup> Militi-  
bus per Germaniam constitutis, in campo  
apud Calianum Tridentin<sup>e</sup> dicecels pre-  
lia gerētibus Conradus Vuenger Doctor  
**C**anonicus Brixinensis humillime se com-  
mendat, obsequiumq<sup>z</sup> dicit. Et has uti sunt  
huiusc<sup>e</sup> sui laboris lucubrationes pro glo-  
ria princeps tua, & inclytæ Germanicæ na-  
tionis offert, contra & aduersus quendam  
Iacobum Caniceum Parmensem, Italū, Li-  
gurem, cuius scripta decimo Kalendas Se-  
ptembris ad suas usq<sup>z</sup> effluebant aures, qui  
aduersus Germanum profluit iniurijs, &  
opprobrijs dente cruento lacefens. Cui si  
me ipse obiecero clavum clavo retrudero,  
nil plus egero, quam par pari uicarias re-  
ferre iniurias. Satius mihi consultum iri cō-  
uicia sua sordere, quibus nil affert, quam  
gloriam

## DE BELLO SIGISMUNDI 112

Gloriam Princeps tuam, & totius militiæ  
civibus armis partam obfuscare, & gentis  
suæ fugam ignominiosam, exceptâq; stra-  
gem, sub epithemate et nitore sermonis, re-  
thoricaq; adulazione colorare. Te inclytū  
Principem cū milite tuo, plus multitudini  
quam pietati & fidei fidentem, nulla laces-  
titum iniuria, nobile castellum Rosoredū  
obsidione cingentē, Venetos omnes, mer-  
timonia agentes, in tua publica fide rece-  
ptos capientem, spoliantem, incarceran-  
tem, ut uerborum suorū sententia utar, ar-  
guere non pauet, compositā post pacem,  
& reliqua. Digressus extra genus demon-  
stratiū, ad genus iudiciale profiliens, non  
quid iure belli actum pro & contra sit, sed  
quid æquè uel iniquè factū cēset, & dijudi-  
cat, quod longe est ab officio historiā texe-  
re uolentis. Id nō erit opus & labor meus,  
partes pace nunc sœundas, & corda ira &  
odio defecara expergefacere, quæ per pa-  
palis dignitatis, & imperialis maiestatis le-  
gatos & caduceatores cōciliatæ sunt, cōpo-  
sitioq; nituntur. O Iacobe nō indignie ulci-  
scendū, si tua sponte nō submissus, carmi-  
na illa famosa per Italiā & Galliam Cisal-  
pinā, per choros decantari adornasti, sum

pta olim Fescennina licentia cōdemnata  
que, dū per honestas serpere cōpīt domos  
lex lata maloq; nollet carmine quenquam  
describi ludum illum noxiū, uerterunt for  
midine fustis. Sic ab benedicendū redactū  
ipse chorus obticuit, in quam legem cōm  
fisti aduersus Germanū principem eiusq;  
militem falsa ueris miscendo ac inclaman  
do. Ais etenim Germanum nulla lacessitū  
iniuria. Principem meum Germanū esse  
scito atq; principem Epimeratum, quo nō  
prēstātor alter hūanitate, liberalitate, ma  
ior pietate & fide extat, eo quo et nunc hūc  
laceſſitum per tempora præterita sua in fa  
milia, per Cæſaream maiestatem cōmenta  
ta scilicet in archigenerosos comites, aduer  
sus quos Venetus sua dimensa potentia  
pro tempore ſequit, terminos agrorum mo  
uendo, currus & equos abigendo & reli  
qua. Pro qua familiā serenissimus Prin  
ceps defensanda, longe antehac impar ho  
comitum castrametando, bella & exercitū  
mouit, multas expensas sustinēdo, licet eo  
tunc parum profeceritis lege permitta, col  
lectis uiribus in continentī, uim ni propul  
fare non distulit, nec ut puer lacessitus in  
ultus

pletus fuit. Num si iuris expertus es, id iure digesto permisum esse didicisti, ius suū sibi dicere pro familia lacesita quenquam posse, hoc inficiari nequis. Vrit enim fulgo te suo, qui pergrauat arces penes se positas Aspice caniceo dente rodens, si hoc bellū gemino sit orditū ab ouo. Seu causam ipse præstitisti humanissimo principi, restat te tuis scriptis in principem calumniatum, qui nec primo prouocauit causam liti præstanto. Ea non contentus infamia contra principē disseminata, contra militiam Germanam in rebus agentem nullam fidē obseruasse, et astu stylo dilitescente Germanū in singulari certamine Italum superasse cōfingis, ad quod mea festinat Apologia. Germanus quis sit, & unde sit accipe. Germania cis citraq̄ Istri, alias Danubij fluminis orā, Sueuiam dico, quam Romana respublica apud Vindelicam urbem, nunc Auguſtam appellatā clade accepta, ad internicione unius hominis usq; pernouit. Ab illis Iulius Cæſar apud Nomagium trans Rheum ponte fabricato fracto, uiso Germano ponte abstinuit. Huius nūc Vngarus à finibus suis, egressus in Vindelico campo superatus, fugatus, fusus, ad fines suos ad-

actus, accepta clade persenfit, amplius nū-  
quā reuersus, & reliqua. Sic Germania Ger-  
mania, h̄ certa facta, in societate Roma-  
norum non uicta deuenit. Quæ non con-  
sueuit multitudini fidere, sed fidei & pietæ  
ti semper amica fuit. Hodieq; libera Sue-  
via, fide & armis præpollens, in Cæsarea  
expeditione, in cornu ac primo aggressu lo-  
cum habet, & signum fert uictoriale. Hac  
est ista Germania Cerere ac Baccho abun-  
dans, cui etiam nec lac nouū æstate nec fri-  
gore defit. Cuius uirtus bellica pipere pre-  
ciosior est, & cunctis aromatibus, uti pule-  
giū apud Indos. Is nempe Germanus nu-  
tritus faustis sub penetralibus, fortis crea-  
tus ex fortibus patrum testiculis, feroceſ  
nec imbelles progenerat, ut aquila, colum-  
bas. Inde Flaccus, Quis horrida quos par-  
turit Germania fœtus, immanesq; Rhœ-  
tos te Cæsare incolumē pauescer! Hos for-  
fitan Iacobē ex Suicia uilla existimas, qui  
ea lege non censentur. Ex ea Suevia pauci  
milites periere, sed hi qui ex gleba fulcan-  
da in militiam uocati, partim succubuerere  
dormientes. Haec tibi in Præfatione parefa-  
cere me iuuuit, ut agnoscas apricū solum, &  
genus Germanū. De inclyta Alamania ad  
orā Reni fluminis, nobilicq; Teuthonia, ad

oram Albię fluminis, cōfiniātibus prouinciis, bellicis gētibus describere historia mea præsens cōprimit. Nec in prælijs Teuthones propter nimiā distantiam interfuerūt, nūc adacti cruentissimi Martis et præliorū, proh Deum, pone agrum Calianū Tridentinæ dicēsis, aliaq; loca, gesta per serenissimū Principē Sigismundū, cōtra & aduersus magnificū & potētē Senatū Venetorū, stylī officio describere zelus dicti mei principis, dulcis amor patrię Suevicę, et tua Iacobē scripta commouere. Nō quæ uidi, quod propriū ē historicorū, sed quæ ab his, qui uidérūt, interfuerūt, præliati sūt, didicerā, post multā lucubrationē, ut facta nō sint proxima ueris, uti Gręci in historijs nugari soliti iuxta uatę, Xerxē regē uellicatum Athon montē, fretūq; cōstratis classib. pontificabili facere, ut aiūt, tentasse, scribere tentabo. Et ceu olim uidere Rhœti bella Drusū gentē, sub alpibus Vindelicis, ita sub anno Salutis M cccc lxxxvij in die sancti Georgij Marryris uidere Roforēses ciues, domino Veneto subiecti, Gaudentiu Comitem Amacię, belli ducē generalem, sub alpibus ad orā Athefis fluminis, & procul ab extremitate fluminum Rheni & Istrioris, syluaq;

Hercinia, principi meo subiectis gentibus,  
Norico admixto milite, una cum suis proceris  
bus cōitatus Tirolis nec nō & quos, ut ait  
Lucanus, fundit ab extrēo flauos Aquilo-  
ne Sueos, Indomitūq; caput Rheni ducē  
tē, quibus deductus per omne tēpus mos  
Amazonia securi dextras obarmet, quorū  
supraicriptorū omne ope Roforedū forti-  
cingitur obsidione. Dux castra, rētoria, pa-  
piliones, statuas aggeresq; locat, fabricat  
sedula cura mēbra, et montē occupat, bom-  
bardas admoet, muros et arcem agitat, cō-  
meatū claudit. Misericordiae data repenti-  
na obsidione territi, resumpto spiritu, mēs  
una omnibus patrios defendere muros, te-  
lis & saxis mortiferis hostes proligūt, ag-  
gressores propulsāt. Pœnas Germanus ex  
hostili homine extra muros sumit, sic tur-  
mā à turmatu lituo. Dux reuocat, saucios  
ungit, necatos in fossā sepelit hostis. Stra-  
tegemate Dux usus, muros & arcem bom-  
bardis prēuios facere decreuit, uia latam et  
tutū scalis ascēsum. Sic altera iam uice, pri-  
ma qua nō successit, uia adoritur reliqua.  
Insonat Germanus tuba, turma labori nō  
detrahens, nec metu mortis fracta impigre  
hostis postes adoritur, muros & arcem tor-  
mentis

mēris bellicis igne & sulphure præuios pā  
tēfactos ingredi nititur, & scalis appositis  
ascēdere tentat. Qua rara est acies, ex arce  
sexaginta uiris munita, longa arcem defen-  
dere tēporis mora moliuntur, saxa infesta  
uoluūt' pondere graui. Contra ruunt hinc  
inde saucia corpora, ploratus et gemitus in-  
tra muros & extra. Partibus tandem ad in-  
uicē affictis grauiter et attritis uulnere, cæ-  
de, fame, squalore, tabo, obseSSI pacē precā-  
tur, inducias & treugas depositū. Germa-  
nus pietate usus & fide inducias præstat.  
Venetias nūcius datur, concione facta per  
Robertū bellī ducē. Decernitū, miseriis nō  
esse succurrentū, nec cōgrediendū esse cū  
Germano, qui tamen suo milite impar ex-  
ercitu Italo extitit. Sic arx & oppidū indi-  
tionē principis Germani deuenit, captiuis  
principi præsentatis. Fides sponsa obserua-  
ta est, quod tu Iacobe inficiaris. Porro pri-  
usquam arx & oppidū se dedere, Rober-  
tus Sansauerinas, uir insignis, generalis Ve-  
netorum capitaneus Germanos in certa-  
mine sin gulari & tumultuario tentare &  
gustare gliscens, filium suū præstantiorem  
Antonium cum quoquis ex agmine Ger-  
manorum in certamine ad duellum exitia

le subeundū pro mille ducatis sistere possit.  
Quidā Iohannes de stirpe dapifero-  
rum, Comes De Sunnenburg, pugil robu-  
stus, et natus Suevus iustus se listit. Pacta  
fiunt et capitula, de die, tēpore locoq; cōue-  
nitur. Cōgreditur ab equis, tritū in solum  
& luctationē deuenitur. Squalent calentia  
in solo pectora, nec alter alterū subiugare  
ualer. Tandē Iohannes memor pugionis,  
quem palā in certamine penes se gestabat,  
nec paecto contrariū, extrahit, in nates An-  
toniū torcit, fixit, qui sic fixus, ne Iohānes  
victor inclementius in eum ageret, & mor-  
tis euaderet ictū, captiuū se dedit, mille du-  
catos soluit, pro ut hæc in quadam mono-  
machia latius descripti, ad quā refero legē-  
tes. Hic tu Iacobe suspectū te facis. Si Ger-  
manus arma non permissa, sed delitescen-  
tia habuisset, Italus appetitor præsens nō  
tacuisset. Itidem ante deditā arcem & oppi-  
dum belli dux annuit militi frumentatum  
ire, qui ponte ultra Athesim trajecto, & cu-  
stode tutato, decreuit à lacu Benaci, exerce-  
tui Veneto, qui apud Serauallē castra me-  
tabatur, meatum claudere & intercipere.  
Montis Coronæ aditū Venetus ausiatus,  
montem prior occupat. Interim Robertus  
exerci

Exercitū soluit apud Serauallē, & Germanum inauisatū obruere tentans, equite & pedite nō paucō. Germanus cum paucis e quibus centū & quinquaginta, ac octungentis peditibus, latentibus in insidijs, nec præsentibus, Venetū adoritur. Vi maxima insultās, cōiecta uelut cerua sagitta, fudit extremos metendo, solus absq; pedite militi dilīescente, qui lōge adhuc aberat. Audiens uero cōflictum, maturat, crudeli ardente prelio, petrus Gaibanus Paduanus. In ore gladij cadit Antonius Maria, alacri & imperterritio uultu in Germanū insultans, capiūtur et reliqui. Venetus terga uertit. Profugus fugit Robertus, à filio pater. A Germano Italo cohors, cohorte angusta, in angusto arcetur loco, per saxa & scopolos, in gurgite Athesis mergitur ingenti numero. Nobilis ex Germano morte obit unus, & stationarij milites pauci. Interea audientes armorū fragorem milites dilitescentes, ex insidiarum loco prosiliūt, & ad finē conflictus usq; perueniūt. Venetū fugientem, unū ueluti Thyrfis & Corydon pastores gregē cōpulerāt ouīū, in ouile ad suas compulerāt archas. In quo certamine Robertus, quē præmiserat cōtinuo miles,

uix

120 CONRADI VVNGERI  
mix mortis contagium dicitur euasisse, cętis occisis et iubmersis. Et tamen de primo  
prælio, in quo Germanus impar Italo exti-  
tur, triumphabat spolia legendō. Bellum se-  
cundum. Post hęc Gaudenius Roforedo  
in fidē recepto arce & oppido, milite pau-  
co custode relicto, pontē trans Athesim ia-  
stam demoliri nubet. Exercitū qui ultra xii  
milia nunquā, quę Iacobe xxiiij milii exi-  
stimas, exitit, emitit. Castra dissoluit a-  
pud urbē Tridentinā. Dominū capitaneū  
& uirum insignem Fridericū De capella  
militem cū trecentis equitibus, & certo mi-  
lite pedestri relinquit pro urbī ac terrā cu-  
stodia sola. Ad uallē Ausugij, Burgum Del-  
phani Domini, Theodoricū De blumega  
strenuū uirum cū paucō pedestri milite ca-  
pitaneū locat. Disgregato exercitu Germa-  
no, & in Germaniā ultra mōtes profecto,  
subito aliq̄ gentes armiferæ ad Meraniā se  
conferunt peregrinę, ex terra montana Cu-  
rię Rhētenis cōcitæ, pr̄ematurātibus toti  
dē ex ora Rheni fluminis ad Inſbrucas. Ve-  
ne: us nō quiescēs, cui ex clade de proximo  
accepta feruebat sanguis et ira, cogitat qua  
alia, dū hac nō succelsit, nia Germanū pro-  
figare, et terras suas occupare possit. Fabr̄  
cat

cat machinas, rates et pontes, speculatores  
mittit, infirmiora terræ perlustrare facit,  
quo facile hostis superari ualeat, flumina et  
arces uisendo. Interea cis citraq; monte Du-  
rani, in ualle Indicaria hoste Venetū aggredie-  
tur strenuus miles Nicolaus De Firmia-  
no. Et in ore gladij centū cadūt uiri, reliqui  
in fugam uersi domus suę in prædam dan-  
tur. Dum res sic agerentur, et essent iā non  
dum principis, sed totius terræ negocia &  
status disturbata, ab hoste q; amaricato per  
omnia iridensa terra, & ingruente nouo  
hoste magis in secura terræ natuæ, natu &  
Prudentia maiores mussitant, quo res ea  
pertingere uelit, olsfuentes quasdam ter-  
ras ardere, & tamē aliud ageretur, & aliud  
præterderetur ex diutina oppiduli obsidio-  
ne, & tam faciliter derelictione et gentium ab-  
dicatione. Captata hinc coniectura, una ra-  
ti serenissimum principem cōuenire, inui-  
tatur princeps oppidum ad Meraniā, istac  
se confert, comparent prouinciales. Inter  
quos habita concione, & mysterio consilijs  
inter terræ Proceres communicatio & bene-  
digesto, principi pro audientia sedēti, com-  
muni omniū ex ore profari iubent, quo co-  
ram captata beneuolentia, Orator sic ordi-  
natur

CONRADI VVENGERI  
tur. Optime Princeps, res dura, & terrę nō  
uitas, nos talia moliri cogūt, arcentq; & la-  
rē custode fines tueri. In primis rogamus,  
protestamurq; gentes has peregrinas, ex  
Merania, quo ingenio cōcitas nescitur, abi-  
gere uelis. Nec nō eas, quæ de prope matu-  
rant à Rheno, gentes auertere, sine more  
dispendio curae tibi sit. Itē capitaneum Til-  
denti ampliori sufficere milite, propter Ve-  
netum molientē, ne tardes. Tibiq; & starni  
tuo ut cōsulatur, diçtam ad Oeni uallis op-  
pidū Hallis illico instituas. Maiores natu-  
proceres, & terrae incolas acciri, in animo  
tuo sit. Ad ea nos tui & patrię duicis amor  
cōpellunt, ueniam petamus. Excessum si  
foret, serenissimus Princeps intelligens in-  
rem suam agi, assentit milites peregrini-  
nos, multo ære conductos, q̄re dato remit-  
tit. Ventum est ad Hallis, examinato ne-  
gocio, comperit aliud actum, aliud præ-  
tensem. Quæ ipse scribere prætermittit,  
hæc parce scire congruit. Nec phas est om-  
nia scribere, præter unum, quo minus di-  
xerim, & alterum, quibus ultra unum nō  
addam, sed ponam digitum ori meo. Ma-  
gnificus Senatus cōsultus Venetorū, con-  
cione habita in magna Prægada, cōcludit.

Ger-

Germanū magna & tumultuari ui ador-  
 ni. Pontē & ratem nauticam ultra Athesim  
 traiectat, illā fune ad littora pendet, uersus  
 Calianū, in planitiē. Inter eum & riuulum  
 Aquæ uiuæ castra locat, non longe à castro  
 Petræ, subter Bisenū collem eminentē, cu-  
 stode & speculatorē munit. Signum hoste  
 superante dāre præcipit, tripudiādo et gras-  
 fando. Interea Germanus ante custodes et  
 scrutatores incolas, qui ueluti tyrones, nec  
 ferire nec mori didicerant, iuxta & propé  
 Calianū locat. Et ex Biseno speculatorē,  
 pariter ordinat signū, si hostis trajcere ex-  
 ercitū tentat, ausi et scrutatores de auisamē  
 to ex Biseno. Fidentes, siti et fama noctisq;  
 uigilijs cōfecti dormierunt, in quos miles  
 Venetus irruit, necās ad internecionē usq;  
 huiusce præsumptae proditionis signo ne-  
 glecto. Reus capitur, carceri mancipatur,  
 cæco pœnas luit, conscius nec ne sit, pa-  
 rum mihi constat. Venetus grassatur præ-  
 dæ gratia, circūuagantur alij, statuas mili-  
 tes aurati fabricant, continuo gentes tra-  
 jicendo. Nuncius Capitaneo Friderico il-  
 lico datur, æstuans labore, sparsus pul-  
 vere, inquiens Venetum cum decem mi-  
 libus ultra Athesim uenturum hostem,

& iam fere medianam totius exercitus partem  
traiectam. Et quod magis, necaris custodi-  
bus, totis discederant campis, praecepit gratia  
furiientes & bacchantes. Non dum finito uer-  
bo, uenit uir armorum u alidus Michaletus  
ex Durano ualle Indicaria, datus super tre-  
centis iure militari robustis uicis, quem Fri-  
dericus ante miserat tribunus. Interim Fri-  
dericus cum milite in arma se parat suo, post  
Michaletum maturando. Optimi ciues Tri-  
dentini non tardantes, se mox in arma pa-  
riter parant, capitaneum subsequuntur. Mi-  
chaletus non expectato capitaneo, cohore  
tem aggreditur hostilē, necatur, perdit in  
ore gladij uiros et circiter. Adebat confestim  
cum suo aurato milite, & stationariis pau-  
cis capitaneus, de tāto aduersus eū grega-  
to & ferrato equitū et peditū quatuor mi-  
liū agmine. Ipse uero cum omni aggrega-  
ta cohorte prēter ciues Tridentinos, qui nō  
dū uenerāt, abūdabat mille uiris. Territus,  
obrigescens quid faceret, premit altum cor  
de dolorem. Spei reiç prorsus dubius hor-  
tatur milites, O uos socij maiora passi ad-  
uersus Ducem Belgarum Carolum, quem  
uice terna ad internicionem usque postrauimus, terras suas in ditionē Germani rede-  
gimus

mus, immemores ante malorū incūbite ar-  
mis quisq; suis. Hic nō est locus refugij, asy-  
lū nullū. Si terga uertimus, hostis dorso hę-  
ret. Quanquā Venetus sit in multitudine  
contra nos graui, nos uero pauci, facile est  
cōcludere multos manibus paucorū. Sunt  
equidē per Illyricū Superiq; maris sinum  
gentes precio cōductæ, cis et citra Eridani,  
alias Padi fluenta, ex Aemilia, Liguria, Cis-  
alpina Gallia collectæ, mala pœna sub di-  
ta seruitute cōstrictæ, quæ non solent pro-  
dulci patria, suisq; dominis se præcipitare,  
corpora obiūcere, nec pulchram petere per  
uulnera mortē, altisona uoce subiungens,  
In Dei nomine petite hostē, nec ipsi parcite  
ab homine usq; ad pecus. Vix sermone fi-  
nito, miscētur equites, milites procaces, in  
certamina rufus cōcedūt, uibrātur gladij,  
hastæ rumpūtur. Cristatæ Italorū galeæ la-  
bāt, crudescit præliū, uociferantur hominū  
& bestiarum animq; moriturę. Et erat hora  
diei apud nos post meridiē prima quasi, ta-  
bescut præliaentes labore nimio. Subducit  
dux belli lassos, quietos et insaucios in lo-  
cū sufficere studet. Fit mox ingens præliū,  
lassa & fatiscētia hinc inde quiescūt corpo-  
ra, facta nō post mūta mora, in gruit alius

k horri-

horribilis cōflictus. Germanus impar, uirtute in equos lanceas torquet, perfodit. Equi torti, cōfossi spiculis, frendūt spuma-  
tia frena mandētes, corrūt sub onere, que  
gestāt. Et alia mortis cōtagio, iactāt pecto-  
re crura, humescit terra cruore fuso dehi-  
scēs. Fit graue aliud, labor cruentus & super-  
humanus bellatores extenuat spiritu, qui-  
dā animas exhalāt, absq; uulnere & callo.  
Extrema corporis mēbra, attritione labo-  
ris Natura iuuare refugit. Agminibus hinc  
inde, ad horam fere tertīā, post meridiē uel  
propè, grauiter afflictis & attritis, requie-  
scere poscūt. Qua paululū facta pausa, spi-  
ritu resumpto, Germanus angustus, profu-  
gare nō ualens, neq; pr̄sumens, spuens in  
manus, ferro procuso, iterū foro se parat,  
quos dux belli, cuius cura & sollicitudo  
mentē extenuat, sic affatur. O uiros inessa-  
biles, o inclytos bellatores, quorū hasta nū  
quā est auersa, nec clypeus abiit retro, incū-  
bita nunc armis. Suppetiē Tridentinorum  
maturāt succurrere nobis. Afflictis consu-  
lite rebus quisq; suis, ne Venetorum domi-  
nio & seruituti, quod nec metas rerū, nec  
tēpora cessura suo imperio ponit, subiiciā-  
tur. Eo sermone cōsummato, impius la-  
bor

bor omnia uincēs adeſt, Statim cōſerūtur  
manus, fit atrox bellū, & tale, quod armo  
rū fragore & collisione ſyluæ remurmu  
rāt, reſonatq; ex æthere Echo, clamantibus  
in cœlū animabus morituris. Extēplo de  
properat ęſtuās, curſu puluerulēta, Triden  
tina militum cohors, ar̄ma mouet, ſpicula  
mittit, lanceas in hoſtē & cuſpides procu  
ſos dirigit. Nec caſſo uulnere fallit equites  
Italos, Germanū nimia multitudine ſupe  
rātes, Tridētinus propulsat ad mortē uſq;,  
ad ſepultū ſe reddit. Collidūt ſe muſuo bel  
lantes, & erat circiter horā prope ſextā. Sol  
ab hora prima certaminis, rotā per mediā  
diē grandi incāduit ęſtu. Speculator deſu  
per ſuperāte Germano, aduētatu nouorū  
recentiū bellatorū, pro ſanguine & uita cer  
tantiū, declinare uersus pontē partē exerci  
tus Veneti uidens, ſignū dat. Incipit Italus  
circūſpicere, retroſpicere, proſpicere ad om  
nes orbis plagas. Et quia per loca, quæ ho  
ſis occuparat, naturaq; muniuit, diſſugere  
nequiēs, uersus pontem, quem longe ante  
dux belli Germanus nō improuide ſoluit,  
herentē fune fugit mæſtus exercitus. Quē  
Germanus perſequitur manu fortī, ruunt  
ferratæ equitū & peditum cohortes, qualis

CONRADI VVENERI  
undas exercet Auster indomitas, Pliadum  
scidente choro nubes. Germanus equos  
frementes mittit sonipedes, medios per ho-  
stes. Cadit irreuocabile uulgus, quo quęq;  
fert impetus. Sine ordine hęrentia sibi ag-  
mina prorumpūt, alter alterū ocius in ini-  
nere uersus pontē praeuenire nititur. Ne-  
scientes pontē ruptū, ad fluminis littus cō-  
tendūt, fugientes hostē à tergo, gurgite se  
credūt, uentrē in flumine purgāt. Hi uero  
qui scaphas, lntres seu phaselos sibi cōsa-  
uerant, saluis ad portū uenere carinis, tabē-  
tes et tremulos artus in littore ponūt, spem  
metūq; inter dubij. Mane Germanus dul-  
cia spolia legēs, Itala cadauera ad submer-  
bos unā sepelit, & ad Rastrū Veronæ in A-  
thesi prætensum delegauit suos, in Calci-  
na tumulando. Nūc uide Iacobe, si senten-  
tia tua quadreret, qua asseris Guidonē apud  
pontē Germanos trucidasse. Quæ scribo,  
uera sūt, tu uero profugus factus, scire nō  
uales, quę abs te acta sunt in toto huiusmo-  
di bello. Nō interiere, custodibus & genti-  
bus Michaleti imputatis, in agro prædicto  
Germanorū quingenti uiri, Italorū uero  
milia multa. Nolo redargui mendacijs, &  
numerū designare centū. Tu Iacobe respō  
de

de cur nō stetisti cū mille & ducētis equis,  
cū milite aurato tuo , quo manente impar  
tibi Germanus cū suo exercitu, partim etiā  
faucio , & labore confecto , extitisset? Sed  
quid est mors? fugacē sequitur uirum . Te  
morti deditū cū uulgo innūerabili in Ca-  
liano, terra firma, aquisq; Athefis profun-  
dis certū est, incertus uero numerus, quod  
missum facio. Veronenibus, qui Athesim  
rastro prætendūt, & ad quos corpora pro-  
uoluta sunt, dinumerare poterūt, facile cō  
mittendū ducimus. Tridenti canitur, te ho-  
mines & equos perdidisse , & turpiter fu-  
gisse. O crudele bellū, o res inter Christia-  
nos principes miserandas, quibus interdū  
pro ouo certātibus, interim plectūtur Achi-  
ui seditiōe, dolis, scelere atq; libidine et ira,  
O mūdi scelera , o homines, tantorū causa  
malorū. O inclyte Roberte, qui, ut aiunt,  
post multā militiā actam, per tēpora cupie-  
ras Germanā militiā in suo ordine etiam  
agnoscere. Agnouisti, & interīsti à tuo mi-  
lite mercenario desertus, qui dexterā fefel-  
lerat tuā, quia mercenarij sunt. O nobilis,  
& superinclyta natio Germanica, quæ ho-  
die sublimiū et potentū colla calcasti milite  
paucō. Fide tamē, non metu seruili, sed be-

neficio iuncto, qui pro te mori nō recusat,  
corpus suū morti obiectare, aduersus ho-  
stes, minime expauescet. O felix nimium  
dies ista, feliciores milites, qui sanguine suo  
nostrā patriā ab hoste saluā peperere. Quā  
obrem sit tibi illa dies triuimphi, æuo perpe-  
tuo, ut fausta annotāda. Hūc Germane diē  
numera meliore lapillo, Qui tibi lapsorū  
que apponit candidus annos. Quāquam  
Itale multa ambules pecunia, hoc tamē nō  
mutat genus, penes quā alieno & peregrī  
no milite certas. Nū Vilius argentū est au-  
ro, uirtutibus aurū. Virtus tamen hoc æuo  
post nummos. Hęc Ianus summus ab imo  
perdocet, Hęc recinunt iuuenes dictata se-  
nescq. Miles Germanus, fido milite benefi-  
cio iuncto, pauca gaza hostē adoritur, illū  
penes se locat, alit, uestit, uirtute domat,  
non metu percellit. Securus dominus est,  
fugam ne adorner, transfugaq; fiat. Quod  
Satyricus laude effert imperiū, stabilius ef-  
fe, quod uirtute, non ui metuq; fit. Hoc sa-  
tis, & tantū de secūdo bello, pone Calianū  
peracto, qua non maius existimandū est,  
cōparatione facta cū Catilina, parauit ar-  
suras in tecta Romanorū faces. Bellū ter-  
tium, Hora diei peractū belli tarda, noctē  
uer-

Versus, triumphat belli dux suo cū milite,  
 spolia legere iubet. Necessaria, planicie  
 Marci uicti campi, ut assoler, tutari ab ho-  
 ste mandat. Tridentū reddit cruentus, fathi  
 scens artibus, nocte ille dulci sopore quie-  
 cit. Orto lucis sidere, ex Tridēto excidit cū  
 milite, uictā Tellurem, et campū Martium,  
 alias Certaminis circuit, examinata corpo-  
 ra lustrat. Spolia & eximios ad currus no-  
 uem mille ducentos equos sellatos in ur-  
 bē uectare iubet, campū sanguine profu-  
 sum cadauere purgat. Quo factō, cū milite  
 uictorioso Tridentū, custode campi relicto  
 reddit, Pompeianis dignus, uicto Oriente,  
 triumphis, exultans tanta à Deo præstita  
 uictoria, quæ nō dum ope humana, sed di-  
 uina, nec arte magistra proueniebat. Cra-  
 teres leti statuūt, et uina coronant, sed Co-  
 micus infit omnibus in rebus, Nequid ni-  
 mis. Enimuero Nescia mens hominū, fati  
 sortisq; futurę. Et seruare modū, rebus sub-  
 lata secūdis. Si quem prima dies belli dedit  
 hæc eadē uersa fortuna & aufert. Deinde  
 ad corpus Ducis Roberti, quē abstulit leti-  
 tra dies, et mersit acerbo, inquirendum in-  
 gurgitē mittitur, quod prope castrū Petrar-  
 ā in abysso reperitur, extractū in urbem Tri-

dentinā honorificè sepulturæ traditur; cuius anima in Christo requiescat. Hūc tu labore fīngis, cœlesti nube obumbratū more Græcorū, qui afferunt ex cerebro Louis Meneruā prægnatam fuisse. Illū boni Ducis officiū gesisse nō ambigitur, miles suus si stetisset, nec mors sua ignominiosa dicēda est. Magnificus Senatus Venetorū, de tam insperata clade in suos facta, statuit circa alia loca Germanū persecui, & primum apud Scalas militē locat, Græculos, Arasios, stratiotas, armigeros milites emitit ad prædandū. Item ad Primerij districtū, ad Cauarillas, Brixinensis diœcesis fines, postremo ad Cadobriū villā, Ambetū, uulgariter Haidē, in ualle Ansugij Yuan castrū, pupilorū quondam Iacobi Trap, oppugnatū, obsidione fortī. Venit falsus nuncius, hospes Hospitalioli dictæ uallis, & pupillorū subditus, afferēs falso castrum Petræ expugnatū, Bisenū non posse subsistere. Castellanus credulus se dedit, absq; ui expulsua sic, nō bellica, sed proditione, in Venetorū ditionē peruenit, id tamē cui iure debeatur sub Papa iudice Mars est. Venetus fimbrias suas dilatare, & serpere pedetētim, ut solitus, molitur pro dominio Delphai distritus.

etus, Burgū uno mane, Theodorico Capi-  
 taneo De Blumegga tūc apud Tridentū a-  
 gente, adoritur, tota cū cohorte Burgū, cin-  
 gens, aggerē demoliri ac ualla nixus uali-  
 da manu. Incolæ insomnes duxerāt per o-  
 mnia noctes, scrutinio didicere horā, qua  
 Venetus Burgū obruere statuit. Se patrios  
 lates ab hoste defendere cōiurant, auxilio  
 peditū paucorū freti, excipiūt militē irruen-  
 tē, & aggerē disjicere conantē necāt. Profli-  
 gūt ad internacionē usq; Græculū et Italū  
 passim ab agro, & Burgo nullo muro cir-  
 cundato propellūt, cæde facta in Capita-  
 neū, & militē euocatū, ac quosdā notabiles  
 equites, quos morti deditos pro uiuis com-  
 mutari Græculi & Latini desiderabāt. Ab-  
 nuit Germanus, memorabile hoc retinen-  
 do se penes. Hoc est bellū tertīū, quod per  
 uia aggressionis Venetus inchoauit, pro-  
 fugus factus, amplius haud reditus. Bel-  
 lū iij. Deinde in uallē Primerij districtus  
 argēti plenam, quā Venetus ardebat, gen-  
 tes mitiat Germanus. In ualle Cannalis, ru-  
 pes penes fluuiū eminentes, ne Italus pri-  
 or occupet, intercipit, bastigia struit, mūit,  
 gentes locat, Italus circūuallat, oppugnat,  
 euincit. Quatuor istuc interimit Germāus,

CONRADI VVNGERI  
collectis uiribus ex Primerio, adunata po-  
tentia inter se, & accommodato milite per  
principē, paucorū numero adoritur Italū,  
eo in loco. Qui relicta bastia, terga uertit,  
quos in terga persequitur, occidit, trucidat  
& minus octo, bellicos uiros percutiendo  
ad mortē usq;. Profectus inde in uallē E-  
gerden, fugato ex hinc omni populo, spo-  
liat, incēdit uillas numero octo, nemine de-  
fendēte. Id est bellū quartū, in quo Germa-  
nus praeualuit cōtra & aduersus Italū, tro-  
phēo & triumpho poritus. Bellum v. Non  
post multo tēpore Venetus ad Cauarillas  
Brixinensis diocesis, cōtra districtū Andra-  
eij, comitatus Ecclesię Brixinensis, Allodiū  
gentes locat, locum firmat aggere et uallo,  
bombardis sagittarijs, euspigerulis duorū  
milliū in multitudine fidens, suā illā uillā  
uenustā, et pro tēpore Ecclesię hominibus  
infestā sperans, cōtra hostē Germanū ob-  
tinere. Hi dū ignē mitterent in tecta Eccle-  
siæ Brixinēsis, aggregato milite m & cc, in  
colis terræ rusticis, pauco à gente in rebus  
militaribus experto adiūcto, adoriūtur. Et  
strage facta xl uirorū, uiriliter se intra se-  
pta uillā defendētiū, reliquæ gentes terga  
uertit, adeo fugiētes, quod oculū clapsū  
præ

Præ formidine hostis subleuasset nemo.  
Germāus spolia legit, partitur. Partitōe fa-  
cta, uillā incēdit, ultra progressus, in syluis  
& saltibus, scrobibus & antris terrae cōdita  
bona quērit. Inuenit, abducit, lachrymātia  
cōmouet corda. hoc nō cōtentus, ualles in-  
greditur, nō unā, ad miliaria Itala xv, ultra  
cōcremat, exurit omnia, quæ reperit, nemī  
ni parcēdo. Hoc potitus triumpho, ad pro-  
pria regreditur loca grassans. Istud est bel-  
lum v, quo Venetus cæsus, spoliatus, fuga  
tusq; existit, Germano superante. Sextū &  
ultimū bellū, quod Germanus libens eui-  
tasset, propter uicinitatē, utrinque multo  
quo obseruatā in pace bona. Supersederat  
bacchari aduersus uillā Ambetet, quę in cō-  
tinuo præfatione treugarū, calide labora-  
bāt, & eo medio Gr̄eculos miserūt in uallē  
Emenberg, milite existente iuxta Andra-  
ciū, qui ignē fulmināt, quosdā capita trun-  
cant, in delubriū & scandalū, testas occiso-  
rū in superis suis gestāt ampullātes. Mox  
designatur Hainricus Horber militū Tri-  
bunus, & capitaneus generalis. Is collectis  
gētibus & incolis Ecclesiæ Brixinensis, &  
comitatus Taufers, equitesq; paulominus  
lxx, qui hoste sciēte & uidente, miliaria ad  
quin p

quinq; Italica, per alpē ligno prēcisam, gra  
miniferā, planā incedit, luce meridiana ita,  
et tali ordine, quod hostis quinq; miliū e-  
quitū et peditū stipatus, Germanū facile di-  
numerare poterat. Inquitq; Capitāeus Ve-  
netorū, uisa tā parua multitudine Germāi  
ci hostis, O Viri bellatores, omniū adueni  
ētiū ex hoc hostili et inermi corpora nostra  
sunt. Ecce quinq; aduersus unū. Cōforta  
mini, sinite neminē uiuere. Insistite armis,  
hūc pōtē trāsire bōbardis roboratū & mu-  
nitū hostē necesse est. Ibi profligabitur Ger-  
manus nō ignauus, loco approprians bō-  
bardis, caute euītat gurgitē uadabilē. Ver-  
sus laeuam uadit, madescit, frigescit, ex ad-  
uerso hostis nō resistit, meatū p̄fstat. Quo  
uadato, in unū Germanus se stipat, glome-  
rat uuidus & gelidus, quē stratiotæ, equi-  
tes à tergo cōtinuo infestat, et persequūtur  
robore magno. Trāsita ripa, necesse habuit  
per manus ascēdere collē arduū, uersus ho-  
stē lapsilē & cōgelatum. Qua uilla in alto  
posita est, dū ascēdere manibus & pedibus  
serpendo, pedites molirentur, uallū & loci  
septa firma dissipare, ex aduerso emittunt  
tela ad instar grādinis. Germanus bellicus  
ante hac non insuetus talia ferre, resupinē  
se

se tener, sic hostica casso uulnere tela uolant,  
Et priusquam arcus distenderet Itali, balista-  
rū Germani capitaneū ex Blivio occidunt.  
Tremit exercitus, horripilas, totus nescius  
mouere præ timore arma. Germanus arces  
sit locū impetu, et robore forti dissecat, uel  
lit, lacerat, quos reperit, necat. Vulgus fu-  
git equites, pariter euacuat. Totā inhabitā-  
tiū uillā deprædat, spolia legit, incendit,  
dolū dolo cōpensat. Ignē & tēdas antea in-  
tecta Ecclesię immisso, in miserā plebem  
pariter iactat. Armigeri & Græculi de pro-  
prietatis lustrat, ut uideret finem. O Ve-  
nitia, ubi tua opulenta gaza, male merita  
milite tuo lasso & profugo atq; trāsfuga.  
Germanus tota nocte, per itinera aspera,  
altasq; alpes exercitū trahens, fame et labo-  
re deficiens, sudans & algens, extra uillā,  
ad pontē ultra se recipit, concrepante rogi  
immissi pyramide. Victu renocat uires,  
quibus exempta fame, in bona quiete, be-  
ne refectis, cum spolijs, sine cæde à tot mi-  
libus concessit. Hoc est sextū & ultimum  
bellum cum Veneto initum, & per Ger-  
manum nusquam recusatum, semper ex-  
cepsum, in quo Venetus fugatus, ene-  
ctus est, & exarsus à milite, & trecentis ui-  
ris

138 CONRADI VVENERI  
tis, paulo minus. De quibus singulis qua-  
tuor bellis nullā tu Iacobe mentionē facis,  
in quibus corpore & rebus, miserabili stra-  
ge interisti, nullo unquam triumpho tro-  
phæoq; potitus, fugā crebrius adornādo.  
Nō igitur Sénatus pertæsum se faciat, atq;  
succēdeat, sæpius in dictis locis bello succu-  
buisse, & læti pœnas soluisse. Sustulit &  
Germanus, sed triumphi potitor, discrimi-  
na mortis, sed hæc sine cæde fieri uix præ-  
lia possunt. Quotiens res publica Roma-  
na profligata, & ferè extincta in mari ter-  
raque extitit? Cuius nominis fama usq; ad  
Eufratē flumē, & Caucaſi montis iugum  
porrecta. Apud Cannas Apuliæ regnum,  
Treuiaq; in Tuscia uicus, & ad Caudinas  
furcas loca testatur, & reliqua. Omnia fert  
ætas, animū quoq;. Ad extrema bellorū o-  
mniū præscriptorum tempora, ad execran-  
das huiusmodi lites, Romanus Episco-  
pus, beatissimus Dominus noster, Papa In-  
nocentius, post multā instantiā, ut à bellis  
desisteret, principi factam, tandem cōmina-  
tus est, brevia aduersus eum emittere. Sic  
Princeps cōsentaneus factus, sua Sanctitas  
Episcopū Teruisinū, Legatū designat. Im-  
perialis maiestas, quæ post Archiducē Au-

stræ proximus hæres extat, uidens in rem  
suam non agi, Legatū Venetias mittit pa-  
riter suum, quibus coram electi uiri, conter-  
ranei Athesinæ prouinciae cōparent. Ger-  
mani nec pacē precantur, ut tu Canicee in  
tua Inuictiuā depromis. Sed longa concer-  
tatione à partibus corā Legatis habita, cau-  
sam belli uter utri dedisset, alterq; in alterū  
plus quo sequisset, discussa, et mature hinc  
inde per pensa, tandem arbitratī auersa cor-  
da per decentia permollire, ausata fuit, &  
est ad infra scripta deuentum media, per le-  
gatos ipsos. Qui scilicet super actionibus  
& partiū querelis, capitulis factis, & à par-  
tibus acceptis, inflammata hinc inde pecto-  
ra, ardorēq; litis extinguit, ira & odio cor-  
da uenenata defecant, in pacis et tranquil-  
litas uincula, amicitiamq; ueterē reducūt.  
Cōpensatione hinc inde stragis, cædis, spo-  
lin, ignis & tæde facta, saluis mercatorum  
bonis, per militē in tumultu ablatis, capti-  
uis emissis, castris duobus, ad iudiciū Mar-  
ce suo dirimēdis, ad manus beatissimi Do-  
mini nostri Papæ sepositis, partes pace fru-  
untur, & poriuntur secunda, quam Deus  
euo perpetuo conseruare dignetur. Quæ  
facile non dissoluetur, si Lege agraria non  
neglecta

140 CONRADI VVENERI  
neglecta, de terminis non mouendis, re-  
gundorumq; finium rectum iudicium ob-  
seruetur inter confinantes. Quo omisso,  
tantus est hodie hominum ardor & libido  
habendi, terręq; habitabilis auida occupan-  
di concertatio, uix pax huiusmodi est tem-  
pore duratura. Sæpenumero in culpa sub-  
ditū sunt, qui corda Dominorum inflam-  
mant, falsas causas suggestentes, & eos pro-  
uocantes. Sunt deniq; ipsi Domini terrarū  
pari in causa, qui dū delirant, interim ple-  
tuntur Achiui seditione & scelere. Prō in-  
de precatur Yates Comicus, Magne Pater  
Diuum sœuos punire pr̄fides Autalia ra-  
tione uelis, Cum dira libido Mouerit in-  
tuideat, intabescatq; relieta. Serenissime  
Princeps, aurum & gemmæ non sunt mihi,  
quod habeo à Deo, tibi do. Accipe à me  
obsequiori tuo hanc, aduersus Italum  
calumniantem statum tuum, quem hacte-  
nus illæsum conseruasti, Apologiam, me-  
que amore & gratia prosequi nō desinas.  
Dixi Anno Salutis millesimo, quadrin-  
gentesimo, octuagesimo octauo, ultima  
Septembris.

MICHAELIS COCCI

NII TVBINGENSIS DE VARIIS  
Venetorum & Archiducum Au-  
striæ aliorumq; principum  
bellis in Italia gestis

Liber,

REVERENDO AC CLARISSIMO  
uiro, D. Iacobo De Bannisjs, Ce-  
sareæ maiestatis Secretario ac Can-  
cellario Michael Kochlin, alias  
Coccinius S. P. D.



Vm his diebus exactis, Vir  
clarissime, aeris mutadi gra-  
tia, Italiam liquifsem, meq;  
ad Tubingam, natale solū,  
pro meliore ualetudine cō-  
sequenda contulifsem, ad  
Italiæ nouitates promulgandas sum à so-  
dalibus & amicis meis in ipso gymnasio  
rogatus, & in primis ab Henrico Bebelio  
Iustingensi, cuius literis cōpluribus ant ea  
dum in Italia essem, ad res Italicas scriben-  
das sum prouocatus. Ego uero quoniam  
ipsorum uoluntati omnino repugnare ne-  
quiui, quo circa, ut uoto & desiderio eo-  
rundem quatenus licuit satisfacerem, desti-  
nauit quartum librum commentariorum,  
quos in Italia de bello Maximiliani cū Ve-  
netis gesto lucubraui, sub tuo nomine pu-  
blicare, maxime quod Galli & Itali in lau-  
des suas profusi, res nostras in obscuro re-  
linquunt.

Inquit. Evidē tres primos libros hoc tempore haud quaquam publicandos putauī, quorumq; editionē consulto in aliud tempus reseruo. Quartum autem librum a spicatus sum. à legatione seu profecione reverendissimi D. Matthiē Episcopi Gurcenfis ad Iuliū Pontificem, in quo omnia hoc anno in Italia gesta saltem relatu digna commemoro. Nam annus iam transactus meo iudicio omniū maxime memorabilis nūs est & defectione Bononiensem, fuga exercitus Ecclesiastici, indictio ne conciliij Pisani, noui federis percussione inter Iulium Pontificem, Ferdinandū regem Arragoniæ, & Venetos, item Bononiae obsidione per Hispanos, occupatione Brixiae per Venetos, & rursum eiusdem ex pugnatione per Gallos. Et nouissime pugna illa asperrimā ante Rauennam gesta. Nec præterij narrare Maximiliani imperatoris contra Venetos gesta. Addidi præterea dictis non incongruam digressionē de Gallorum in Italiam ingressu, & quid ipsi sedecim nūc annos in Italia gesserint. quæ sane omnia curauī, pro uitibus breuiter & luculenter perstringere. Et quoniam non sum nescius plurimos fore, quæ huiusmodi

uimodilucubrations meas taxare impugnareq; conabuntur. Quocirca terogo, obsecroq;, quod solitū tuū patrociniū (quod rāmen in rebus meis omnibus, nullis quidem meis de te meritis, sed sola humanitate & beneuolentia in me tua singulari im partiri consueuisti) in præsens pro me, contra illos osores & blaterones, suscipere digneris, ac opus tibi dicatum, & clientem tibi deditissimū tueri ac defendere studeas. Te nang; patrono & defensore, omnes ad uersarios naucifacio. Quod si in scriptiōni bus meis quippam lectitaueris menda di gnum, id corrīgas, & castiges, tuū quippe iudicium mihi instar omnium est. nec pudentē debit me erratum emendare, de quo me admonueris. Vale. ex Tubinga Kalendis Iunij, Anno Domini m d xii.

HENRICVS BEBELIVS IVSTIN-  
gensis ad Michaelem Coccinum  
Tubingensem, nunc apud Lon-  
gobardos degentem, Vtique de  
Furst Gubernatoris et Vicarij du-  
catus Mutinensis Cancellarium.  
Coccini, constans uetus & sodalis,  
Quem fides, uirtus, sapiens Minerua,  
Integri mores, probitas, decorant

Alite fausto.

Scribe res gestas Latijs in oris  
Temporis nostri, precor, atq; bella  
Cæsaris contra Venetos dolosos  
Maxmiliani.

Siue nam Gallos, Italosue rerum  
Sumis auctores, tibi falsa produnt,  
Atq; Germanos merita laborant

Fallere fraude.

Ipse sed præsens mihi ueritatem,  
Quo uales multum, calamo fideli  
Pingito, dulcis patriæ nec unquam  
Immemor esto.

CARMEN SEBASTIANI KEVF  
fer Philosophi, in laudem Cocc  
nij, aliquando præceptoris sui,  
Grammatistarum numerosa classis  
Casuum tractans generumq; vires  
Voce stridenti repetens sit an h

Littera nec ne,  
Dormiat iam iam fugiensq; cedat,  
Nam graues terso calamo notauit,  
Res, quibus falsi nihil est amicum.

Codicis author.

Cu m suis cedant fugiantq; rauci  
De liramentis modo, sed legamus  
Coccini gratum nouitate librum  
Historiarum.

MICHAELIS COCCINII TV-  
bingensis De Principū Austriae,  
cæterorumque et Venetorum  
Bellis, in Italia gestis, Liber.



Vm Matthæus Lang Augu-  
stensis, Episcopus Gurcen-  
sis apud regem Christianis-  
simum legationis munere  
fungeretur, Pontifex Julius  
plurimum apud Maximili-  
anum Cæsarem solicitabat, ut ipse Gurcen-  
sem ad se legaret, quod medio eiusdem mul-  
ta pro gloria, incremento amplitudineq;  
Germanicæ nationis, ac suæ maiestatis de-  
cernere ac cõstituere deliberauerit. Cæsar  
ne paci ac tranquillitati Italæ in aliquo  
defuisse uideretur, statuit Pontifici morem  
gerere, atq; ad eum Mirandulæ cõstitutum  
Ioannem Collam Mediolanensem desti-  
nauit, per quem se Gurcensem cum pleno  
mandato cōponendæ pacis inter se & Ve-  
netos absoluisse significauit. Ideo reliquū  
esset, quo beatitudo sua curaret, ut honori  
ficam pacem à Venetis consequi ualeat. Et  
Quoniam Gurcensis Vito de Furst Orato-

ri Cæsareo scripserat se ad sanctissimum  
nolle proficiisci, nisi cognitis antea oblato-  
nibus quas Veneti Cæsari offerat, cum de-  
sideret suam ad pontificē legationem, ali-  
quem bonum effectum parere, ut quod si  
minus ipsa uniuersalem pacem producere  
possit, sit contentus quod saltem particu-  
larem operetur pacē. Orator itaq; anxius  
et solitus apud pontificem pro eliciendis  
Venetorum oblationibus insistebat, quas  
et superiori libro memorauimus. Utigitur  
Gurcensis per Collam eas intellexit, circa  
Iacum Benacum in oppido Reiffo exitine-  
re subsistit, indeq; eundē Collam ad pon-  
tificē remisit, & pro saluo conductu, quod  
Latini olim dixissent, pro literis tuti itine-  
ris, & publicae fidei, & pro inducijs inter-  
beatitudinē suam & Regem Christianissi-  
mū ac ducem Ferrariæ, item & pro ampli-  
oribus Venetorū oblationibus. Ad hæc &  
oratori regis catholici Hieronymo Feych  
exponi fecit, cum pontifex ipsum literis  
compluribus in Italiam uocauerit, Rex itē  
catholicus sæpius fuerit cohortatus, ut no-  
mine Cæsaris Italiam peteret, tum pro in-  
cremento & gloria Cæsar, tum sua ipsius  
propria, uideatur sibi, quod cum magno  
dede-

dedecore Germaniam repetitus sit , ubi  
pacem ipse procurasset,in qua Venetis Pa-  
dua relinquetur , neq; etiā ea pax grata  
Cæsari esset futura . Præterea & id ipsum  
esset contra decreta,inter Cæsarē & regem  
Christianissimum inita . Proinde nisi san-  
ctissimus unā cum rege catholico Vene-  
tos urgeat ad maiores oblationes , non sit  
institutum suum ultra Mantuam progre-  
di . Pontifex his auditis, nullis inducjs as-  
sentire uoluit , neq; aliquam concordiam  
cum rege Franciæ & duce Ferrariæ se ini-  
turum affirmauit,nisi habita Ferraria . At  
Venetos se in præsens ad ampliora astrin-  
gere non potuisse asseruit , cum nemo ex  
parte Cæsaris cum pleno mandato adsit,  
qui huiusmodi oblationes nomine eius-  
dem acceptet . Adueniente autem (inquit)  
Gurcensi ( cui contra consuetudinem no-  
strā plenū saluum conductū dedimus)fa-  
cere curabimus omnia,quo is cum hono-  
re proprio & incremento,gloriq; Cæsa-  
ris in Germaniam redeat . Post hæc Gur-  
censis lacum Benacū relinquens,ad Man-  
tuam proficiscitur , quo in loco oratores  
principum cōfederatorum conuenerant.  
Aderat illic Stephanus Episcopus Parisien-

sis nomine regis Christianissimi Gurcen-  
sis quidem secum illuc duxerat Episcopū  
Cathaliniensem, oratorem regis catholici  
apud Cæsarem degentē, breviq; post eum  
uenerat Hieronymus Feych, nominere  
gis catholici apud pontificem oratorem se-  
gerens, & Archidiaconus Mantuanus no-  
mine pontificis. Gurcensis Mantuae mul-  
tum diuq; de sua ulteriori profectione ha-  
firabat, quoniam maiora promissa supe-  
rioribus à Venetis non erant oblatā, tandem  
tamen adhortatione Hieronymi Feych,  
eiusq; pollicitatione ad ulteriorem profe-  
ctionē fuit adductus. Pontifex qui per id  
tempus Rauennæ erat, ubi intellexit Gur-  
censem ad se uenturum, Bononiam redire  
statuit, quod maior hospitorum cōmodi-  
tas et aer salubrior Bononię, quam Rauen-  
ne esset. Gurcensis priusquā Padū transi-  
set, terrēmotus Mutinæ & Bononiæ est au-  
ditus, de quo nescio quid presagiuerint. Pa-  
do igitur transito, eodem ipse die Mutinā  
uenit, & inibi à ciuibus & Vicario, uel ut  
Furst oratore quam honorificentissime est  
exceptus. Deinde Mutinæ certos commo-  
ratus dies, autoritate imperiali qua fungē  
batur

batur, exemptiones & priuilegia toti territo-  
rio est elargitus. Post hæc Mutinam lin-  
quens, Bononiamq; petiturus, à pontifice  
(qui eodem etiam die Bononiam ingre-  
sus, omnia illic inordinata offendebat) ius-  
sus fuit extra ciuitatem, in posterum diem  
subsistere. Sub noctis tamē crepusculo per  
Franciscum Allodisum legatum in ciuita-  
tē secreto fuit introductus, & ad sanctissi-  
mi oris osculū & secretum colloquium re-  
moris arbitris admissus. Postridie publice  
Bononiam ingrediens honestissima comi-  
tia uirorum & curiæ & ciuium est comita-  
tus & exceptus, qui paucis post diebus à  
pontifice ad exponenda mandata accer-  
sus, in hunc ferme modum orationē ha-  
buit. Beatissime pater, scripsit alias beatitu-  
do tua ad inquietissimum Cæsarem, quod  
ipse me huc ad te legaret, pro tractandis,  
componendis & concludendis negotijs,  
quaे pro honore & incremento suæ maie-  
statis deseruire uisa fuerint. Cæsar itaque  
quo desiderio tuo obtemperaret, me huc  
destinauit, prius tamen quam ex itinere ar-  
repto me huc cōtulisse, beatitudo tua me  
monuit & adhortata est, ut cum omni cele-  
ritate maturare cōarer, quippe quaे curarē  
uelit,

M. I. C O C C I N F

952  
uelit, quo cum gloria honoreq; & Cæsaris  
& meo ipsius proprio in Germaniam repe-  
darem .& maxime in re Veneta efficere ue-  
lit, quod Veneti omnibus, quæ in Italia cō-  
tinenti possident, cedant, dempto Teruilio  
& Padua, quæ sane loca in feudum ab im-  
perio recognoscere habeant, certam quo-  
tannis pecuniam Cæsari pro eisdem pen-  
suri. Et quandoquidē Cæsari nequaquam  
honorificum foret, Venetis Paduā & Ter-  
uisiū relinquere, neq; aliquod habeo man-  
darum pacem conficiendi, nisi illis locis re-  
stitutis , quo circa sacratissimus Cæsar ro-  
gat atq; obsecrat, ut beatitudo tua (si Vene-  
ti obstinate ea loca tenere nitantur) digne-  
tur eosdem deserere, simulq; ea omnia fa-  
cere, quæ bonum cōfederatum iuxta con-  
ditiones fœderis Cameracensis oportet &  
consentaneum est. Pontifex facta & audi-  
ta huiuscmodi mandati expositione tem-  
pus deliberandi sumpsit, interim deputa-  
uit tres Cardinales, Raphaëlem Episcopū  
Ostiensem , Camerarium sancti Georgij,  
Petrū Ecclesiæ sancti Quiriaci Reginum,  
& Ioannem sanctę Marię in Dominica de  
Medicis. per eosdem Pontifex conditiones  
pacis declarauit afferuitq; , quod paratus  
sit

DE BELLIS ITALICIS

133

fit efficere apud Venetos, ut hi Veronam  
& Vincentiā Cæsari relinquāt. Item quod  
Teruisium & Paduam in feudum ab impe-  
rio recognoscant, certam pensionem impe-  
ratori quotannis pro eisdem locis contri-  
buturi. Item quod forū Iulium & reliqua,  
quæ in continenti Italiae tenent patriarchę  
Aquileiensi cedant, qui uassallus fit impe-  
rii iuxta antiquum tempus. Et ubi pax il-  
la subsequeretur, ac Cæsar istiusmodi pa-  
cis conditionibus assensum accōmodaret,  
polliceatur, se effecturum & curaturum,  
quod Gurcensis nanciscatur patriarchatū  
Acquileiensi, Cardinalatum, & quam  
plurimas dignitates Ecclesiasticas. Vnde  
pro annuis redditibus & iectigalibus col-  
ligere possit centum milia ducatorum, at  
Gurcensis nullis promissis, nullis itē mu-  
neribus seu dōniis, quibus quotidie quam  
magnificentissime prosequebatur, nec ali  
qua alia re sibi præposita, adduci seu flecti  
potuit, quo mandatū sibi iniunctū trans-  
gredieretur. iuxta quod cum negotia expe-  
dire non licet, ueniam abeundi à Pontifi-  
ce efflagitauit, qua sane impetrata, Bono-  
nia quartodecima die simul ac illuc uene-  
rat, discessit. Post cuius quidem abitionem  
Fabritius.

Fabricius cum sua gente à rege catholico  
fuit auocatus, & Bononiæ magna inter cu-  
riales trepidatio suborta. Gurcensis dein-  
de Mutinam petijt, ac paucos inibi dies cō-  
moratus. Subinde cum Episcopo Parisien-  
si Parmam profectus est, de communibus  
rebus ibi collocuturi, quibus illic constitu-  
tis Pontifex per oratorem regis Scotiæ ad  
id munus destinatum declarari seu expo-  
ni iussit, quod per eum non steterit, necho-  
dierno adhuc die stet, quo minus Italia pa-  
cem cōsequatur plurimis ad id rationibus  
allegatis. At illi excusantes principes suos,  
certa proposuerunt pacis media, rationi sa-  
tis consentanea, quæ si Pontifex acceptare  
uoluisset, Italia pacem & tranquillitatem  
assecura fuisset. Interim Vitus de Furst ora-  
tor & locū tenens Mutinæ Cesareus, non-  
nulla ordinauit repagula Bononiam uer-  
sus. Admisit etiam intra ciuitatē iussu Do-  
mini Gurcēsis ducentos pedites Italos sub  
Gallis militantes. Ex agro item Mutinensi  
cōmeatus exercitui Gallorum importari  
permisit. quibus de rebus Pontifex acriter  
contra Vitum mouebatur, de eo expostu-  
lans perinde ac si conuenta secum inita mi-  
nus seruare curaret, tametsi Vitus ad nul-  
la

la esset astrictus, nisi ut ciuitatem Mutinæ tempore belli Ferrariensis, neq; Gallis neque duci Ferrariæ traderet. Sed de his hacte nus. Reuertamur igitur ad exercituum gesta. Gallorum exercitus Mutinensibus securitate data, ad Padi ripas se contulit, alias quantis perq; ibi commoratus, dein copijs ducis Ferrariæ circa fluuium Panorum è regione Bondeni (quo in loco amplior pars exercitus Ecclesiastici confederat) sese iungere cœpit, pontibus duobus super Padu constructis. Ambo quidem exercitus, quo tempore Gurcensis cum pontifice in ratiatu uersabatur, circa dictum fluuium penne ociosi sedebant. Ut uero Gurcensis Bononia re infecta discessit, & Galli & Ecclesiastici sese loco mouerunt, non multum à præfato fluvio digredientes. Iacobus Triuultius Gallorum imperator, seu ut nunc loquimur, capitaneus generalis, in itinere Concordiam expugnabat, quam plurimis in ea trucidatis, & in fossis castelli submersis, Mirandulæ uero expugnationē in aliud tempus opportunum differens. Pontifex autem ad prouidendum rebus exercitus sui Bononia abiens, ad oppidum Cenio ibat militibus stipendia pensurus. Deinde

de Bononiā reuersus , senatoribus acci-  
tis, eisdem de suo discessu declarauit, quos  
& exhortatus est ut in fide erga se constan-  
tes firmiq; perseverarēt. At illi optima quæ  
que polliciti rogarunt, ut beatitudo sua &  
ciuitatis & portarum curam sibi permitte-  
ret, facturi uti fideles & optimi subditii  
quorum uerbis & pollicitationibus Ponti-  
fex ductus, uoluit ut certi deligerentur ci-  
ues præfecti, & ut cum uulgo loquar, capi-  
tanei, qui cum militibus portarum & mœ-  
niū custodiam susciperent, ordinatis ad  
id pecunijs . Bononiæ igitur rebus sic dis-  
positis Pontifex Rauennā se recepit . Per  
id temporis Galli circa memoratum fluui-  
um Panorum, ad locum qui dicitur Bon-  
port, progressi, inibi cum exercitu trajecte-  
re conari, è regione uero Ecclesiastici mi-  
litēs & bombardarum missilibus, cetēsq;  
tēlis repugnare, Gallosq; à traiectu arcere.  
Cum utriq; diutius inibi, quam par esset,  
tempus contriuissent, tandem triuultio con-  
sultū fuit, quod uersus fluuij originē exer-  
citum duceret, ubi offensurus sit in fluuij  
uado locū pedibus transmeabilem, ad quē  
quidem locum ut Galli peruenere, agmi-  
natim fluuium transferunt. Primum equi-  
tes

tes transgressi, deini Germani congregati,  
posthac Vascones, & ultimo reliqua exerci-  
tus pars, cum tormentis muralibus, & in-  
strumentis bellicis. At Ecclesiastici milites  
interea temporis circa castellum Francum  
castram etati sunt, expectaturi Gallotū im-  
petum, quinimo ferebatur eisdē sua spon-  
te Gallos adoriri uelle, manumq; cum eis  
cōserere, quam opinionem Triuultius ue-  
risimilem faciebat, ex exercitū suum ab ipsis  
Ecclesiasticis lōgioris spaciū interuallo col-  
locando. Pontificis exercitus dicebatur ui-  
gintiquinq; milibus & peditum & equitū  
constare, Gallicus uero duntaxat duo de-  
uiginti milibus constabat. Paucis post die-  
bus Triuultius castra uersus montana mo-  
vit, tanquam ab illis locis Bononiam ob-  
sessurus. Cui rei ut Ecclesiastici occurrerēt,  
in continentī castra reliquerunt, loca intra-  
pontem Rheni & ciuitatem præoccupatu-  
ri. Galli posthac recta uia cōtra hostes pro-  
gredi sategerunt, & in loco ad tertium uix  
lapidem ab Ecclesiasticis distante castra po-  
suerūt. Et ut certos deinde dies ambo exer-  
citus ex opposito constitissent, superuenie-  
nobilis uir Georgius de Fruonschberg cū  
mille peditibus Germanicis à Verona ad

m Gallos

Gallos pro suppeditis missus. Antea etiam  
Cæsar miserat Dieboldū De Stein in sub-  
sidium Gallorum, cum octingentis pediti-  
bus. Habebat & Iacobus de Emps idem et  
Suevus & nobilis uti alij duo stipendio re-  
gis Franciæ supra bis mille & ducentos pe-  
dites. Galli, quo castris maior accederet exi-  
stimatio & pondus, ac ciues Bononienses  
clarius cognoscerent Maximilianum Cæ-  
sarem conatibus suis consensum præstare,  
locum tenentem Mutinæ accersiri fecerūt.  
Et quoniam locum tenens prædictus uer-  
sabatur in practica, ut ita loquar, & secre-  
tiori consilio cum nonnullis ciuibus super-  
ditione ciuitatis Cæsari offerēda. Idcir-  
co non inuitus ad Gallorum castra conce-  
sit, quibus dictam suam practicam cōmu-  
nicauit, ne res à se inconsultis ipsis agi ui-  
deretur. Eandem practicam Galli appro-  
bantes assuerunt sibi gratum fore, quod  
Bononienses se Cæsari dedant. Accedit au-  
tem altera nocte sequente circa tertiam fere  
noctis uigiliam, quod in ciuitate Bononię  
magnus suboriretur tumultus, ac plerique  
proditionis cōscijs proclamarēt, Popule po-  
portarū cura cōmissa fuit, per uim portas  
aperi-

aperientes, Bentiuolos ex domo eorum (quā  
in Gallorum castris habebant in loco un-  
de proximum erat iter de castris Bononiā  
uersus) euocarunt, qui mox se de loco mo-  
uentes, in ciuitatem se receperūt. Eramus  
tunc in castris & in prædicta domo, intio-  
ductis ergo in ciuitatem Bentiuolis, Fran-  
ciscus Allofisius legatus, super llectile sua  
relicta, cum paucis uix aufugit. Capitanei  
vero Ecclesiastici, ut cognouerunt ciuitatē  
proditam, euestigio se ad fugam expedire  
ceperunt. At Venetos auxiliatos, qui ulti-  
mo de proditione acceperant, populus Bo-  
noniensis ciuitatem egressus adortus est,  
multos ex eis occidēdo, multos capiendo,  
bona item eorum diripiendo, quo quidem  
tempore Veneti in primis male mulctati  
sunt circa Bononiam, in diem sequentem,  
qui erat uigesimus secundus Maij, anni un-  
decimi supra millesimū quingentesimū,  
Galli reliquias exercitus Ecclesiastici perse-  
quebantur, quo itidē die Bononia sine san-  
guine & sine aliqua vi ad Bentiuolorū di-  
tionē redacta est. Bononia autē arx erat to-  
tius fere Italie munitissima amplissimaq;  
Iulij Pontificis sumptibus cōstructa, eam  
nomine pōtificis Georgius Vadisius rene-

bat. Is quia bombardarum iactibus ciui-  
bus magna inferebat damna, nec ipse arcē  
dedere uolebat, quo circa Galli & Bentiuo-  
li infensi, eandem uicem expugnare statuerūt.  
Sed erant nōnulli ciues intra Bononiam,  
quibus Bentiuolorum dominatus dispi-  
cebat, hi apud locū tenentem Mutinæ ege-  
runt, uti clam arcem intraret, eamq; nomi-  
ne Cæsaris acciperet Locū tenens, quo res  
Domini sui ampliores redderet, confessim  
Bononiam petens se in arcem prædicram  
recepit, comitatus tum à me & alio famu-  
lo dumtaxat facta itaq; sibi nomine Cæsa-  
ris arcis consignatione, & alio in locū suū  
subrogato, postridie mane ad Bentiuolos  
proficiscitur, ad denunciandum eisdem ar-  
cem sibi nomine Cæsaris traditam. At Ben-  
tiuoli locum tenenti infensi indignabun-  
dīq; eundem intra cameram pallatiū deti-  
nuerunt, me uero ad capitaneum Gallorū  
(qui circa arcem custodiç causa incubabat)  
ire compulerūt, tandem tamen eodem die  
paulo ante noctem libere dimissi sumus.  
Galli deinceps & Bentiuoli omnia instruc-  
re & parare pro arcis expugnatione cœpe-  
runt. Verum quia nulli in arce commea-  
tus erant, collocati illic præfidij gratia ob-  
ficio-

fisionem diutius tolerare non potuere, ac  
paucis post diebus arx dicta fuit tradita, &  
a populo Bononiensi funditus diruta. Sic  
excelsa & magnifica in mundo ruere so-  
lent. Per eosdem dies Franciscus Maria Vr  
bini dux, Rauennæ Franciscum Allodisiū  
Legatum pontificis curiam egredientem,  
multis uulneribus confossum, in publica  
platea interemit. Qui duas ferme horas  
post uulnera accepta uixit, nulla emitten-  
do uerba nisi illa, O mea peccata hæc me-  
rentur. Et ita præfatus legatus (quem Papi  
ensem nominare solebant) sine sacramen-  
tis pro more Christiano interiit, uir uersu-  
lus, callidus, audax, crudelis, & sanguine-  
us. Cuius memoriaz pontifex subinde Ro  
mæ maledixit, quem tamen antea & hono-  
ribus & dignitate subleuauerat. Eo autem  
tempore quo Gallicus exercitus perseque-  
batur reliquias Ecclesiastici exercitus, Ioan-  
nes Franciscus Picus comes Mirandulæ re-  
bus suis diffidens, Locum tenentem Muti-  
næ accersiri fecit, ad faciendam eidem no-  
mine Cæsaris Mirandulæ consignationē.  
Ea sane re locum tenens adductus, Miran-  
dulam contendit, qui simul atq; à præfato  
comite per clavū ciuitatis & arcis traditio-

nem & iuramentum, Mirandulę possessio-  
nem nactus, eius administrationem Gerar-  
do comiti de Archi commisit, ducentos ei-  
dem pedites Germanos assignans, quos  
Georgius de Fruonsperg Veronā rediens  
sibi miserat, deinde ad Mutinam rediit. A  
biens uero Ioanni Pico suaserat, ut quam  
primum ad Cæsarem se conferat. Res illa  
postquam ad Iacobum Triuultiū perlata  
est, magno eum dolore & mœsticia affectit.  
Quandoquidem cupiditas se ulciscendi ad  
uersus Pontificem & comitem Franciscū  
primaria extiterat causa, propter quam ca-  
pitaneum totius exercitus suscepserat, id-  
circo ad dictum locum tenentem familia-  
rem suum mittebat conquerendo, quod si  
ne mandato Cæsaris Mirandulam ad ma-  
nus suas suscepserit, & quod potius sibi  
quam Francisco fauere debuerit. Cū filia  
sua ex possessione à pontifice per vim fue-  
rit exturbata, & præfatus Franciscus ponti-  
fici se ut feudatarium in præiudicium Cæ-  
saris submiserit. Et proinde non obstante  
illa cōsignatione, uelit cum uniuerso exer-  
citū ad obsidionem Mirandulæ proficieti,  
quod sane cum magna festinatione facere  
studuit. Is itaq; ut cum exercitu Mirandu-  
lam,

Iam accessit, priusquam bombardæ & instrumenta bellica collocarentur ad quatitudines muros, certi inter Triuultum & locum tenentem Mutinæ habiti fuere tractus. Tandem Mirandula promissa est sub conditionibus Triuultio, inter quas una erat, quod si Cæsar intra mensē mandaret, ut cederet de loco, quod huic mandato uelit esse obediens. Et ad eandem conditionem se astringebant reliqui Capitanei, & in primis locū tenens regis Franciæ, Gosthus dux Nemurisi. Alia quoq; conditio erat, quod comes Franciscus possit libere exire, qui illis diebus intra cameram mulieris delituerat. Sic Triuultius accepit possessionē Mirandulae, & comes Franciscus eam exiens, Mutinam peruenit cum locum tenente, qui postquam quatuor dies Mutinæ degenerat, prefectus est Florentiā, ut instituto patrui sui illuc philosopharetur. Vxor vero cum libris se Mutinæ continuit, imprudenter uero egerat dictus comes. Nā quo tempore Gurcensis (qui Cæsaris erat legatus & locum tenens generalis in Italia) Mantua esset, ipse admonebatur ac ei consulebat, ut Mirandulam ad manus Gurcensis consignaret, quod id sine præiudicio na-

164 M. COCCINIS  
ris seu proprietatis facturus esset. Huiusmodi ipse consilio obtemperare noluit, nimis pontificis viribus confidens. Sed quando uidit fractas pontificis vires, tum primum recurrit ad id medium, sed sero sapient Phryges. Nam Triuultius in continenti miserat oratorem ad Cæsarem pro confirmatione possessionis, & obtinuerat ut Cæsar tutelam, quam post mortem Ludo vici comitis concesserat filiæ suæ, approbauerit & confirmauerit. Voluitq; Cæsar, ne locum tenens aliqua in futurum loca nomine suo acciperet, nisi cum expresso suo mandato. Per id uero temporis quo Galli milites Ecclesiastici exercitus persequebantur nomine Cardinalium, qui Florentiæ secesserant, nomine item Cæsaris & regis Christianissimi concilium generale ad Kaiendas Septembbris Pisis celebrandum indicebatur. Ad quod quidem uocarunt Iulium Pontificem, publicantur literæ inductionis Parmę, Regij, Mutinę, Bononię, et etiam Rauennę, ubi erat Pontifex. Itaque Pontifex rebellione seu defectione Bononiensium, fuga exercitus, et inductione concilij perculsus, Rhomā redire statuit, quod & uigesimo septimo die mensis Junij peruenit

penit, relinquēs. Cardinalem Petrum tūc  
sancti Quiriaci, uulgariter Regium nun-  
cupatū, Legatum Bononiæ & Romandio-  
le. Qui sane Legatus collectis sex milibus  
peditum, & trecentis equitibus leuis ar-  
maturæ, & totidem grauis armaturæ Bo-  
noniam recuperare instituit, fretus fauo-  
re aliquorum ciuium, qui Bentiuolorum  
dominatum detestabantur. Id ipsum Gal-  
li audientes, statim in succursum Bononi-  
ensem aduolarunt cum quadringentis e-  
quitibus grauis armaturæ. Quorum auxi-  
lio Bentiuoli cum ciuib⁹ Ecclesiasticis in  
fugam uerterūt, ac dein in ciues factionis  
Pontificiæ magnam exercuerunt crudeli-  
tatem, eorum bona publicando, ac nōnul-  
los trucidando. Interea autem Germani et  
Galli coadunati, contra Venetos profici-  
sebantur, qui posteaquā oppidum Suaue  
per vim expugnarunt, Venetiani se recepe-  
runt ad Paduam & Taruissium, relinquen-  
tes Vincentiam, & alia quēdam loca Cesa-  
rianis, Gæsar uero per idem tempus in ual-  
le Aſuſiorum arcem illā, Schalam dictam,  
& locum Kobel nuncupatum ad deditio-  
nem compulit. Deinde ad Brunecū se cō-  
tulit, inde prouectus est cum duobus mili-

bus peditum, ingentiq; tormentorum mu-  
ralium ui ad expugnationem arcis Codo-  
briæ, quam Beitelstein uocat, quam postea  
multo labore ad deditioñem, Italî in ea  
prædiñ gratia constitutis abire permissis,  
Germanis antem transfugis ad unum tru-  
cidatis. Germani uero & Galli, ut uenerit  
in agrum Taruisanum ad fluuium Blauū,  
qui antiquitus Silis est nuncupatus, Chri-  
stopherus Episcopus Labacensis, itē Chri-  
stopherus de Regedorff Australis, Georgi-  
us de Liechtenstein, et alijs capitanei & præ-  
fecti Germanorū, decreuerunt proficisci  
in forum Iulium, à Gallis contendentes,  
ut interea circa dictum fluuium moraren-  
tur, ad Venetorum impetus & incurso-  
nes arcendas, quæ res primum displicebat  
Gallis, qui noluerūt à Germanis seiungi,  
tandem tamen contentio quieuit, & Galli  
Germanorum secuti sunt consilium, ac cir-  
ca præfatum fluuium perseverarunt, quo-  
usq; Germani uniuersum forum Iulium  
ad ditionem Cæsaris redigissent. Morati  
tamen aliquantis per circa castellū Gradi-  
scā, quod ui ad ditionē cōpulere. Quo  
quidem tempore Cæsaris exercitus contra  
Venetos proficiscebatur, Alphonsus dux  
Ferra

Ferrariæ cum populo Regiensi & auxilia  
ribus copijs Gallorum ex Bononia rede-  
untium, oppidum Carpi obsedit, murisq;  
bombardarum iactibus quassatis, Albertū  
de Pijs compulit se ad medianam oppidi par-  
tem admittere. Nā anno superiori, ut Gal-  
li electo Pontificis præsidio oppidum Car-  
pi duci Ferrariæ & dicto Alberto restituif-  
fent, ipse dux suam uendiderat partem Al-  
berto, pro uiginti sex milibus ducatorum,  
& Albertus dederat ei in numerata pecu-  
nia uigintiduo milia ducatorū. Quum au-  
tem residuam pecuniam Alberti cōmissa-  
rii ad constitutum tempus reddere uellēt,  
eam Alphonsus acceptare noluit. Et quo-  
niam eo tēpore Albertus Mediolani Gal-  
lorum captiuitate detinebatur, quo circa  
eius commissarij uerentes id quod postea  
euenit, Cæsarem adierunt, & literas ad Al-  
phonsum impetrarunt, quibus eidem Cæ-  
sar sub pœna priuationis Feudorum inhī-  
bebat, ne per vim occuparet Carpi, sed si  
quid iuris prætenderet, illud iure ac iudi-  
cio experiretur. Illæ literæ ad locum tenen-  
tem Mutinæ mittebantur præsentandę ab  
eo Alphonso. Dux uero Alphonsus dissi-  
mulans se literas Cæsareas accepisse, in  
pro-

proposito suo perseverans, Carpi per vim  
occupabat. Dum Alphonsus in obsidione  
Carpi uersaretur, mittebar ego à Vicario  
populorum Mutinensi ad Gallorum Capita  
neos, ut denunciando eisdē Cæsareç Maie  
statis sententiam & uoluntatem, eos à pro  
posito auocarem, sed ipsi allegantes iussu  
& mandato Bosthi generalis, locū tenen-  
tis se ducis copijs coniunxisse, nihil effice-  
re potui. Allegabant præterea rescriptum  
Cæsaris emanasse, quo tempore Albertus  
captiuus fuerit, & in eum casum Cæsarem  
Alberto prouidere uoluisse, iam uero Al-  
bertus emancipatus domum redierit, et ita  
re infecta discessi. Albertus dein ad Cæsa-  
rem se cōtulit de duce expostulaturus, qui  
impertrauerat à Cæsare literas, & ad com-  
missarios ducis in oppido Carpi existen-  
tes, & ad ipsum ducē, in quibus Cæsar sub  
pœnis prioribus Alphonso iniungebat, ut  
Carpi Alberto restitueret, et commissarios  
ex oppido abire faciat. Sed dux mandatis  
Cæsareis se inobedientē exhibuit, qui & in  
multis alijs Cæsaris mandata contemnere  
uidebatur, nam crebras habebat contentio-  
nes cum locum tenente Mutinæ, quem im-  
pediebat, quo minus obedientiam à mon-  
tanis

tanis Mutinensium consequeretur. Præterea & saluum conductum locum tenentem predicto dare recusabat, quo sal Mutinam deducerebat per terras suas, atque frumentum in terris suis emptum Mutinam deuehi non patiebatur. Quare Cæsar cōmotus, accito oratore ducis, qui suam curiam sequebatur, eidē per consiliarios suos denunciari iussit, ut ipse cū Domino suo ageret, quod à memoratis se rebus contineat, alioquin ad vindictam ultionemque iritetur. At Iulius Pontifex ut Romā aduenit, haud longe post in febrem incidit, & usq; adeo male se habere cœpit, quod per totam increbuerit urbem Pontificē interississe. Omnes namque tabernac; omnes item officinac; clau debātur. Vrsini præterea & Columnenses in armis stabant, quę quidem fama obitus Pontificis allata est ad Cardinales Mediolani constitutos, item ad Cœarem, item ad regem Franciæ eius obitus tam certus exploratusq; habebatur, quod legatus Romandiolæ iter uersus Romam attipuerit, & Cardinales Mediolani exeuntes hospitia Ferrariæ, & alijs in locis disposuerint, Cæsar quoq; uoluerit ut Gurcensis cū Cardinale Adriano Romā proficeretur, ad nouam

nouam Pontificis creationem. Non longe  
post certior superuenit ueritas de uita pon-  
tificis, qua autem nocte Pontifex existima-  
batur mortuus, Franciscus Cardinalis Ec-  
clesiae Sancti Clementis mortem obiit, &  
Cardinalis Reginus ex itinere arrepto Ari-  
mini substituit, ac inibi diem clausit extre-  
mum, maxima pecuniarum summa apud  
cum reperta, cui in officio legationis sub-  
stitutus fuit Ioannes tunc sanctæ Mariæ in  
Dominica Cardinalis de Medicis. Ponti-  
fex ut à febribus conualuit, animū ad tur-  
bandum concilium Pisanum intendit, &  
eodem sub anathemate prohibito, indixit  
aliud concilium œconomicum siue gene-  
rale, Romæ celebrādum in palatio Latera-  
nensi ad festum paschæ anni duodecimi su-  
pra millesimum quingentesimum, quam  
concilij inductionem publicauerat uigifi-  
ma prima mensis Iulij. Postea Cardinales  
Mediolani constitutos monuit, ut ad obe-  
dientiam reuerterentur, quod tāquam be-  
nignus pater & clementer suscipere, & eis  
gratiam misericorditer impertiri uelit. At  
Cardinales monitis Pontificis nequaquā  
auscultantes, in mense octobri Pisas profe-  
cti sunt, ad auspicandum cōcilium in men-

se Maio indictum. Inibi igitur constituti postquam supplicationes diuinæ ex more fecerunt, sessionem habuerunt, in qua Bernardinum Episcopum Sabinensem, tunc sanctæ Crucis Cardinalē, & patriarcham Hierosolymitanum concilij præsidentem constituerunt. Deinde nomine concilij de tem delegerunt ciuitates, quas Iulio Pontifici obtulerunt, quo pro œconomico seu generali concilio agendo aliquam ex eis eligeret, et quod si ei nulla ex eisdem placet, ut ipse uicissim decem deligat ciuitates, & electionē offerat. Ciuitates autem quæ Pontifici fuere oblatæ, erant Constantia, Thurinū, Bisantina ciuitas, Gebenna, Menthensis ciuitas, Cassale, Verzelle, Auinionū, Lugdunum, & Verona. Pontifex intellecta oblatione nomine cōciliij Pisani facta, tantum abfuit, quod illi consensum accōmodaret, ut mox Cardinales ipsos & omnibus honoribus dignitatibusq; priuaret. Quodsimul ac Cardinales cognouere, duabus dein sessionibus habitis, conciliū trāstulerunt Mediolanum, quartam illuc sessiōnem uigesimo secundo die mensis Decembriis celebraturi. Maximilianus Cæsar statuerat Episcopum Brixensem ad concilium

cilium Pisanum mittere, qui tamen certis  
ex causis quas allegauerat, ab huiusmodi  
onere leuatus est, post hac ordinavit, ac eū  
pleno mandato absoluit, Felicē comitem  
de Vuerdenberg, Heronymū comitem de  
Tyrol Veronensem, & Doctorē Faellam  
Vicentinū, qui Tridenti subsistentes, ulte-  
rius haec tenus progressi nō sunt, neque ad  
quartam conciliū sessionem, quæ ex causis  
emergentibus in quartum diem Ianuarij  
prorogata fuit, peruenierunt. Cui quidem  
sessioni priores Cardinales qui Florentiæ  
secessum fecerāt, interfuerunt, præter Cō-  
sentinum, qui in Regio è uiuis excesserat.  
Aderāt item ex Ecclesia Gallicana quinq;  
archiepiscopi, item uiginti Episcopi, item  
uiginti quatuor abbates. ex quibus abbas  
Clarę uallis populū publica concione allo-  
quens, inuehiebatur contra Iulium ponti-  
ficē, mores totius Ecclesiæ Christianę pē-  
simos reprehēdebat, item ex Parisiensibus  
Doctoribus quatuor Theologi, item plerī  
que procuratores ex capitulis Cathedraliū  
Ecclesiarum. Iulius autem pontifex quām  
primum concilium Pi'anum erat indicitū,  
uerebatur, ne illud si uiribus subsisteret,  
quippiā in sui destitutionē agere conare-  
tur.

tur. Quocirca ad turbandum illud, & simul  
ad res Ecclesiæ Romanæ recuperandas,  
Ferdinandum Regem catholicum solicita  
recepit, ut consecuta cum Saracenis pace,  
ac secum fœdere inito, exercitum in Italiam  
contra Gallos traiçere uelit. Rex quippe  
catholicus, in ipsa æstate, maximas copias  
equitum & peditum, cum non mediocri  
apparatu bellico Africani transmiserat,  
ad domandam gentem infidelem. Vbi ue-  
to accepit exercitum Pontificis fractum, et  
concilium Pisaniū indictum, ueritus Gal-  
lorum potentiam in Italia crescere, facile  
adducebatur ad obsequendum uoto & de-  
fiderio Pōtificis, atq; pacē cum Saracenis  
constituta, exercitum in duas diuisit par-  
tes. Vnam remisit in Hispaniam, alteram  
cum septuaginta tribus nauibus magnis,  
& quindecim triremis retinuit, quam  
& Neapolim ad nauigare iussit, ad coniun-  
gendam se cū copijs illic coadunatis. Et ne  
uidear Hispanos ex industria uelle debita  
defraudare laude, obiter explanabo, quæ  
ab his tum gesta fuere. Nā & si ipsi armo-  
rum ui nihil eo tempore attentarint, attri-  
men belli ostentatione id tū assecuti sunt,  
quod rex Numidarum, qui nūc Rex Tun-

n nicens

nicen nuncupatur, sese subditum & tribu-  
tarium regi catholico cōstituerit. Is nempe  
Rex accipiens belli apparatum, quem His-  
pani contra Africam instruxissent, missis  
Oratoribus ad Regem catholicū supplid-  
ter ab eo petiuit, quo se in protectionem  
& amicitiam perpetuam accipere dignare-  
tur, pro qua sane re paratus ipse sit facere  
donationē firmam & ratam de omnibus  
ciuitatibus & castellis in littore maris sitis  
& ab eo tentis. Item quod uelit easdem ter-  
ras una cum Christianis defendere, & om-  
nia damna eisdē terris per Sarracenos eue-  
nientia persoluere. Item quod singulis an-  
nis uelit ei uiginti milia ducatorum tribu-  
ti loco pendere. Item quod rex ipse catholi-  
cus cum exercitu pertrāseat ad expugnan-  
da alia Africæ regna, quod & ipse unā cū  
eo ad quorūcunq; populorum expugna-  
tionem proficiisci uelit, quod si ipsemēr nō  
trāseat, sed exercitum mittat, obligat se ad  
præbendum commeatus, equos & mulos  
ad portandum omnia necessaria ad exerci-  
tum. His conditionibus rex catholicus al-  
fensum præstirrit, ac ipsum regem Numida-  
rum in protectionē & amicitiam recepit,  
magnis & firmis cautionibus acceptis.

Quæ-

Quærebat autem dictus rex Numidiæ pacem perpetuam, sed eam non nisi ad quin quennium assequi potuit, post pacem hanc cum Sarracenis firmatam, rex catholicus misit Neapolim decem milia peditum Hispanorum, mille ducentos equites grauis armaturæ. Dein ligam seu foedus commune cum Julio Pontifice & Venetis iniit pro munio quidem auxilo, & in primis pro recuperandis ac tuendis rebus Ecclesiae Romanæ, pro salario vero Hispanorum in singulos menses à Venetis uiginti milibus ductorum constitutis, & totidem à Pontifice. Memorata cōfederatio Romæ in templo quod uocant Mariæ De populo, Kalendis octobris publicata existit, & dux de Thermis capitaneus ligæ seu foederis generalis designatus. Per id autem temporis Germani, uniuerso Foro Julio, quæ regio inter Sōtiū & Liquentiū amnes sita est ad ditionē Cæsaris Maximiliani redacto, redierūt ad Gallos, qui, ut supra narrauimus, circa Planū fluuiū per agrū Teruisianum ex ualle Cobdria fluentem morati sunt, quibus cum ad obsidionem Teruisij proficiscebantur. Germani multo propius quam Galli ad Teruisium castra metebantur, ac quotidianis

n 2 cum

cum hostibus certaminibus utebantur. Ex Teruisio quidē frequentia tela seu missilia ex bombardis in castra iaciebantur, à Cæsareanis autem militibus nullę contra Teruisium oppugnationes attentatę, nec aliqua tormenta muralia ad quatierdos muros seu hostium aggeres admota fuere. Teruisium antea haud quaquā munita erat, sed hostes opere & industria munitissimū effecerant, nam superioribus mœniū partibus circumcirca demolitis, ingentem eleuarunt aggerem, post muros fossam fecerunt & altam & latam, postquam & aliam parauere fossam, sed occultam, & multis stimulis ferreis & puluere sulphureo repletam, quę ingredientibus si nō mortem falem maximum attulissent damnum. Vbi uero exercitus decem fere dies circa Teruisium moratus fuisset, iussu Cæsaris est disolutus. Et præsidio ciuitatibus & oppidis Fori lulij ex Germanis imposito, Galli capitaneus se contulit ad oppidum Carpi. Iacobus de Emps profectus est Veronam. Mille uero & quingenti pedites, quos de Griseo fædere appellit at, & rex Francię tūmercede cōduxerat, Brixiam se receperūt, inibi

inibi soluto stipendio dimissi fuere. Equites Gallici se contulerūt Parmā & Rheiū. Ex Burgundionibus capitaneus Dominus de Reis profecturus ad hiberna, dum nimis incaute progreditur, à Venetis captus est cum alijs nonnullis equitibus. Interim Iulius Pontifex apud Cæsarem uehementer institit, ut Gurcensem ad se destinare dignaretur, pro conficienda cordia inter ipsum & Venetos. Cuius rei gratia Veneti certas naues signo Aquilę insignitas ordinauerunt, quibus Gurcensis de Venetijs Anconam deferretur. Cæsar pro saluo ducto Gurcensis quatuor petebat ciues obsides, inter quos unus esset patritius, atq; ipse tum in Austria uersabatur, quo circa Venetiū ut uiderunt eum longius ab Italia abesse, paruaq; præsidia pro custodia fori Iuli imposita, obsides denerunt, & comparato collectoq; exercitu, Vincentiam uendicarunt. & deinde ad forum Iulium progressi, & electis præsidij breui uniuersum Forum Iulium recuperarunt, præter castellum Cremons, & oppidum Gradiscam, quod quidem circa medium Nouembbris obsidere cœperunt. & cum nonnullas oppugnationes frustra

tentassent, Christopherus Frangipan Comes Croatinus cum sexcentis militibus Goritia exiens, ex una parte Sontij ammis, qui Goritiā alluit, & Gradiscam præterlabitur, profectus est contra hostes ad faciendum impetum in eos. Et dum dicitur Christopherus Venetos adortus esset, interea quidam Germanus, Ioannes Grubler de Veltkircha cū trecentis delectissimis militibus ex altera Sontij parte subsidijs gratia ingressus est Gradiscam. Collocauerat autem Cæsar antea pro præsidio Gradisce Germanos & Bohemos bombardis op time instructos. Veneti posteaquā cognoverunt suos conatus circa Gradiscam irritos esse, cum non mediocri damno discesserent, & profecti sunt ad uallem Codobriā, ubi uniuersa fere recuperarunt, præter arcem Codobriā, lingua Germanica Beitelstein appellatam. Germani pedites postquam per exploratores accepere, Venetos in ualle Codobria uersari, & circa Castellum dictū Pleyff, cōsedisse, subito illic hostes aggressi, plures quam sexcentos equites & pedites trucidarunt, reliquis fusis & fugatis, ac memorato castello concremato, ad tutiora loca reuersi sunt. Iodocus uero de Fuckaris

ris illud claustrum Italij, quod in via Torminij uersus Noricum est situm, nomine Cæsaris tenens, cum uideret id ipsum ex Italiae locis nequaquam munitum ad resistendū, nec posse defendi, puluere sulphureo in locis obscuris posito ac disposito, ut intericto certo temporis intervallo simul atq; discessisset, ignem conciperet, consumptum est flamma, plurimis ex hostibus uitia sublatis. Hispani interea per agrum Picenum iter facientes petiuerunt Vmbricā et Aemiliam, quorū Capitanei erant Fabri cius De columna, Marcus Antonius De columna, Petrus de Nauarra, qui anno su periore Tripolim expugnauerat, & non nulli alij Capitanei. Capitaneus uero generalis erat Raymundus de Cardone Vicarius seu prorex, uel, ut cum uulgo loquar, uicerex Neapolitanus, quoniā dux de Thermis pauloante morte obierat. At Gosthus dux Neumurii regis Franciæ (uti diximus) locum tenens in Italia, cognito Hispanorum aduentu, certis equitibus & peditibus Bononiam præmissis, ipse cū equitatu Rhigiū usq; subsecutus est, & post quam ibi paulisper substitisset, atq; allatū esset Heluetios contra Longobardiam in-

cursiones machinari, mox Rhegio reliquo  
Mediolanum se contulit. Anno quippe su-  
periore locum tenens regis Franciae Karo-  
lus de Ambogia quendam tabellarium ex-  
pago Heluetiorum, qui appellatur Schuivitz,  
ad Pontificem profecturum intercep-  
rat, eundemque ultimo afficerat suppicio.  
id ipsum populus dicti pagi vindicare cu-  
piens, iam tum bellum regi Franciae indi-  
cebat, tam pro se, quam pro suis sociis, at-  
que aliorum pagorum accitis confedera-  
tis cum duodecim milibus postularunt sa-  
tisfactionem illius iniuriæ, quæ anno exa-  
cto Heluetiorum genti per memorati ta-  
bellarij obitum ac cruciatum illata sit. Di-  
ctus dux obtulit uiginti milia scutorum pro  
satisfactione, ut illis acceptis ad propria re-  
dirent. Cumque utrinque in multis uer-  
satur tractatibus, interea ex Bernensis tria  
milia aduolauere. Heluetij itaque ex uniuersis  
pagis coadunati, audita locum tenentis  
oblatione, ex oratoribus reueris coacto  
concilio, deliberarunt denuo oratores ad  
dictum ducem mittere, qui pro satisfactio-  
ne postularent duo castella agri Sebusiani  
seu Bullicensis, Lucan & Lucarine dicta,  
item ducenta milia scutorum, item & tran-  
sum

stum ad Iulium Pontificem, seu ad terras Ecclesiæ Romanæ. His quidem mandatis expositis, princeps Neumurſi offerre cœpit uiginti quatuor milia ſcutorum, nam maiora illis eodē tempore ipſe offerre nequeat. Quo responſo ad Heluetios relato, ipſi mox ſe de loco mouerūt, ac hostili ani mo terras ducatus Mediolani deuastare cœperunt, & itinere continuato uisque ad ſecundum lapidem à Mediolano, cum uniuersis copijs progressi fuere, omnia circū circa ferro & igne depopulantes. Ex quorum ſane aduentu Mediolanenses mirū in modū deterrei, officinas claudere, foſſas a quis replere, in magnocq; proditionis diſcri mine uersari. Quapropter dictus dux Gallorum copias undecunq; conuocare, Heluetios equitatu circumſttere, & ſi qui paullum à caſtris, aut frumentatū aut lignatum fecerent, statim eos intercipere. ad haec Molardus cum Vasconibus, & Jacobus de Emps cum peditibus Germanicis aduolare. His de rebus Heluetij adducti, cum præda ad agrum Sebuſianū redire statuerūt, minitabundi ſeſe aliquando futuros auctores egressus Gallorum ex Italia, quemadmodum auctores extiterint ingressus.

Liber nunc parum à materia proposita digredi, & Gallorum in Italiam descensum ingressumq; altius repetere. Anno nonagesimo sexto supra millesimum quadrinquentesimū Alexander Pontifex sextus indignatus Alphonso Apulicē regi succensq; quod is Julianū Cardinalem Ostensem Episcopum, Iulium secundum postea uocatum, contra se foueret, nec debitam obedientiā præstaret, contra Alphonsum accersebat Karolum Francorum regē octauum. Cuius iridem ingressum, & Ludsonicus Sphortia Mediolani dux ingenti pecuniarum summa promissa solicitabat, quod is præfato Alphonso multum esset infensus. Postquam autem Alphonsus animaduertit Karolum Franciæ regem magnum facere bellicum apparatus, se Andrew Pontifici submisit, eiq; & fidelitatē obedientiamq; debitam exhibuit. quo qui dem facto, Pontifex Karolo denunciauit, quo cœptis desisteret, quoniam Alphonsus sibi reconciliatus esset. Karolus uero magnos tum fecerat sumptus, Heluetiorū ad decem milia conduixerat, aliaq; instruxerat paraueratq; idcirco Pontificis mandato auscultare noluit, ac quam celerrime cū copijs

copij equitum et peditum, quorum supra  
viginti milia fuisse constat, Italiam ingre-  
diebatur, & per Lōgobardiam iter faciens  
a præfato duce Ludouico & pecunia & re  
frumentaria adiuuabatur. Post hæc Ethru-  
riam ingressus à Florentinis quam hono-  
rificentissime est exceptus, Florentiae cer-  
tos commoratus dies, Romam proficisce-  
batur. Alexander autem eius aduentu de-  
territus ad castellū Sancti angeli configit,  
quem & Karolus obsedit, tandem tamen  
quorundam Cardinalium interuentu, di-  
scordiæ inter Pontificē & Karolum cōpo-  
sitæ fuere, regi à Pontifice in obſidē dato  
Cardinale Cæſare Borrea Filio suo, quem  
Alexander sequentibus tēporibus capita-  
neum Ecclesiæ constituerat, ac Valentīnū  
ducem nuncupari fecerat. Karolo nonnul-  
los dies Romæ agente, & pro arbitrio om-  
nia disponente, cum exercitu Apuliam in-  
grediebatur, & mense haud exacto à die  
introitus, uniuersum regnum ditioni suæ  
submisit, Alphonso in Siciliam profugien-  
te. Et quo tempore Karolus in Apulia hæc  
ageret, interea Ludouicus Aurelianī dux  
cum magnis subsequitur copijs, tanquam  
suppetias Karolo allaturus, posteaquam  
is

is in Lōgobardiā uenit, Ludouico Sphortiæ bellum mouit, eundem ducatu Mediolani deturbaturus, fretus auxilio copiarū ex Apulia redeuntium. Maximilianus quidem Cesar, Ferdinandus rex Hispaniæ, Veneti & Pontifex Alexander, ut uiderūt Karoli conatus, mutuam inter se confœderationem inierunt pro ferendo auxilio duci Ludouico Sphortiæ, & pro extrusione Galiorū ab Italia. Agebat Maximilianus per id tempus conuentum Germaniæ Vormatiæ, in quo ipse adhortabatur Principes Germaniæ pro succursu imperij, & reipublicæ Christianæ, ac certa milia peditū Germanorum cum quadringentis equitibus Ludouico in auxilium mittebat. Karolus autem, ut primum intellexit Germanorū aduentum in Italiam, atq; dictam confœderationem contra se initam, Italiam egredi maturabat, ne iter sibi ab hostibus intercluderetur. Veneti & dux Mediolani mox copijs maximis contractis ultra fluum Thaurū supra Parmā labentem, in eo loco per quem Karolus iter facturus erat, castra metati sunt. Karolus uero circa Thaurium aliquantis per commoratus, fame & desperatione adductus, ferro sibi iter aperiundum.

dum censebat. Instructo igitur exercitu  
flumen ingrediebatur, quod propter saxa  
& celerem aquę cursum cum maxima dif-  
ficultate erat transmeabile, Italis ē regione  
Gallos repellere arcereq; conantibus, u-  
trinq; ad pugnam peruentū est, fitq; maxi-  
mus conflictus in flumine. Postremo Ka-  
rolus uictor superiorque eo prælio euasit,  
plurimis interfectis. In eo quidē bello suc-  
cubuit Rudolfus Gonzaga patruus Fran-  
cisci Marchionis Mantuae, & pleriq; aliij ui-  
tri famatissimi. Karolus dein uictoria poti-  
tus in Galliam properabat, nam cum sci-  
uissest suppetias Germanorum aduentare,  
malebat fortunę periculum cum Italos so-  
lis, quam cum eisdem in simul congrega-  
tis experiri, tametsi Italorum exercitus tri-  
plo pene maior fuisset, quam Gallorum.  
Karolus itaq; ubi Italiam exiuit, regnum  
Apuliæ ab eo defecit. Ludouicus autē Au-  
reliani dux Nauarra ad deditioñē cōpul-  
sa, ipse in ea ab Italia et Germanis auxilia-  
ribus fuit obsessus, & ad maximā necessi-  
tatē angustiāq; deductus. Tādē ob certas  
seditiones inter Germanos et Venetianos  
milites subortas, dux Sportia cū Ludoui-  
to Aureliani duce pacem cōstituit. Sic Gal-

hi ea æstate, cum maximos motus in Italia  
concitassent, iamq; formidabiles Turcis &  
Sarracenis facti essent, breui temporis spa-  
cio cum dedecore domum repedare fuere  
coacti. Et quoniā Karolus instigatione uti-  
dicebatur Petri De Medicis, Pisas auulse-  
rat à Florentinorum subiectione, quam  
obrem Pisani ut suam tuerentur libertatē,  
contra Florentinos Venetias accesserunt,  
solicitātes senatuq; supplicantes, ut se in  
protectionem suscipere dignarentur. Ve-  
neti precibus ipsorum moti, auxiliares eis  
corias miserunt. Ludouicus autem dux nō  
mens, ne Veneti sub colore tuendorum Pi-  
sanorum Pisas occuparent, apud Cæsarē  
Maximilianum solicitabat pro eius in Ita-  
liam ingressu, qui & anno postea vii, in-  
scijs Germanis principibus Longobardiā  
ingrediebatur, deinde Pisas se recipiebat,  
patiendo copias militum, quas secum ad-  
duxerat interim Liburnum obfidere, atq;  
conuocatis confederatis, his fere uerbis af-  
fatus est. Haud sane, inquit, nesciū sumus,  
quin Galli animū habeāt redeūdi in Italia,  
proinde quo ipsi intra limites regni sui se  
contineant, decreuimus eosdē in proprijs  
sedibus usque adeo urgere & premere, ut  
tan-

tandem deponant animū ad dominīū Ita  
liæ aspirandi. Et quoniam anno superiore  
tanquam confederatus bonus pro expul-  
sione Gallorū nostras destinauimus sup-  
petias, cupimus itaq; intelligere, quantum  
quisq; confederatorum nobis in id bellū  
auxiliū polliceri uelit. At confederati habi-  
ta deliberationē responderūt, sese nō existi-  
mare Gallos propter iacturam, quam pa-  
si sint Italiam repetituros, neq; ad hanc rē  
opus esse aliquo auxilio. Maximilianus ut  
hoc responsum à cōfederatis accepit, atq;  
ut caueret insidias Venetorū, quas sibi Pi-  
xis struxerant, celeriter Italiā relquist, Ger-  
maniam petiturus. Karolusq; cum aliam  
expeditionē meditaretur, febre correptus  
interiūt, & in locum sui surrogatus fuit à  
regno Ludouicus Aureliani dux, quē qui-  
dem regem Maximilianus non ignorabat  
habere animum inuadendi ducatum Me-  
diolani. Idcirco anno octauo postquā Fri-  
burgi in Brisgauia conuentum aliquorū  
principum egisset, cum certis copijs equi-  
tum & peditum per Sequanos proficisce-  
batur contra terras regis Franciæ, & cum  
nonnullas excursiones leuiacq; prælia con-  
tra Gallos consecisset, nec quicquam auxi-

In à confederatis sibi offerretur, pacem cù  
rege Franciæ Ludouico cōstituit, ad id qui  
dem faciendum inducebatur propter bel-  
lum, quod dux Geldriæ contra terras Phi-  
lippi Filij sui mouerat. Ludouicus autem  
rex Franciæ alta mente rēoluens ignomi-  
niam expulsionis suæ ab Italia, quām Ka-  
roli tempore perpessus erat, anxius solici-  
tusq; meditabatur, quo pacto se cōtra Me-  
diolani ducem vindicaret. Itaq; instigatis  
ac solicitatis Heluerijs contra Sueuos sibi  
conterminos, ac inita cum Venetis societa-  
te, ipse & Veneti uno eodemq; tempore  
bellū cōtra Ludouicū Sphōrtiā Mediola-  
ni Ducem suscepérunt. At is acceptis li-  
beris suis & thesauro, in Germaniam ad  
terras Maximiliani confugit. Sic rex Ludo-  
uicus anno nonagesimo nono supra mil-  
lesimum quadringentesimum, Ducatum  
Mediolani, sine aliqua ui aut repugnatiōe  
obtinuit. & Veneti occuparunt Cremonā  
& terrā quæ dicitur Clara Abduæ, & terrā  
quandam circa lacum Benacum. At Hel-  
uetij interim contra Sueuos & terras Cæ-  
ferro & igne deuastare. Cæsar uero bellō,  
ut antea memoriai, Sicambrico implicitus  
esse,

esse, nec posse tam celeriter pro succursu Germaniam superiorem repetere. Et Sue- ui, cum eorum deesset caput & ductor, cō fundi, palantiumque instar uagari, & temeri tate ac ignavia capitaneorum certas profici gationes & strages accipere, quarum tres memorabiles extitere. Vna in agro Rauri corum, id est Basiliensium, facta est, apud castellum Dornack, ubi forte nouem milia equitum & peditum conuenerant, du- etu Henrici Comitis De Furstenberg. Hel uetij simul ac de eorum aduentu certiores facti, subito eos adoriri & obruere statuerunt. Cum autem Basilienses comitē Hen ricum, & capitaneos sub ipso constitutos de Heluetiorum accessu admonuissent, at que exhortati essent, quo se ad loca tutiora conferrent, aut ad repugnandum instruerent, comes prælatus temeritate quadam fidem Basiliensibus dare noluit, & capita neos præterea inferiores huiuscemodi admonitionem et consilium approbantes ex probrando obiurgauit. Si quis (ait) sibi ti meat, induat loricā. Breui deinde post Hel uetij inopinato aduolauere, ac prædictas copias sine ordine offendentes obruerūt, ac magnam in eas stragem edidere, quo

o qui-

quidem in prælio Comes Henricus occi-  
sus, temeritatis suæ pœnas luit, interfectis  
cum ipso & Comite Simone Yueckaro De  
Betsch & Barone De Casteluuart, itē pleris  
que equitibus Burgundionū, itē & pleris  
que ciuib⁹ Argentinensibus & Brysgau-  
dijs. Altera etiā strages apud Cōstantiam  
facta fuit, nam cum certo die supra septem  
milia equitum & peditum Constantiam  
fuissent egressa, & nonnullas incursio-  
nes depopulationesq; in terris Heluetio-  
rum edidissent, in reditu ipsorū pauci Hel-  
uetij ex loco obscuro, quem Germani &  
accolæ loci appellant Suaderloch, egressi  
contra Sueuos proficisciabantur, & repen-  
te ipsos territos fuderunt ac fugarunt, ple-  
xisq; nobilibus viriliter repugnantibus in-  
terfectis, inter quos succubuerunt duo e-  
quites aurati et nobiles de Randeck, Burck-  
ardus & Henricus, itē & Ioannes de' Neu-  
neck, & quidam alij nobiles. Nam equiti-  
bus sese opponentibus, pedites interim ne-  
mine inseguente fugerūt. Tertia clades fa-  
cta est circa Bregantium oppidum, quod  
ad initium lacus Batamici seu Cōstantien-  
sis situm est, ubi circiter mille & quadri-  
genti ex Sueuis defiderati sunt, tam hosti-  
li tamq; crudeli animo inter se Heluetij &

Suevi debacabantur quod nulli parcerentur, nec aliqui recipere tur capiui, sed omnes trucidarentur. Haec dum fierent, interim Maximilianus Cesar ex Geldria ascendere coepit, ac principibus et ciuitatibus Germanie auxiliares copias indixit. Aderat ex Nurenbergensis non ingēnū pedites, Marchio Brandenburgensis Fredericus cum septingenitis equitibus. Rupertus, filius Philippis comitis Palatini de Heydelberga cum ducentis equitibus. Episcopus uero Heripolensis circiter centū miserat equites. Sed dux Virtenbergensis ad quatuor milia peditū bene instrutorū habebat. Postquam igitur Cesar ad Vberlingā peruenit relictis praesidijs locorū, repente ad comitatū Tirolis proficiscicebatur. Nam Heluetij illos Alpinos de Griseo fōdere dictos & quos sibi etiam confoederatos habent, contra hostes Caesaris irreuerterūt, auxilijs eisdē ad hāc rem faciendā missis, qui simul atq; multa loca deprēdati fuissent, tandem subditos Caesaris circa originem Athesis in loco Mals appellato adorti, eos maxima clade affecerūt. Quare Caesar commotus ad ulciscendū se de illis proficii maturabat, & terras dictorum ingrediens ferro et igne deuastabat. Interim Hel

uetij cum magnis copijs militū, quorum  
supra sedecim milia fuerunt in planum de-  
scendentes, ad cuiusdam castelli obsidionē  
(quod Stocka uocant) accesserūt, quod cū  
certis diebus ob sedissent, ut expugnare po-  
tuissent, obsidionem soluerunt, & ad tutio-  
ra loca se receperūt, moti potissimū quod  
ex omnibus locis præsidia confluenter, ut  
unitis viribus cum eis manum cōsererent.  
Post hæc Cæsar ut se ultus esset de populo  
grisei foederis, Constantiam rediit, confe-  
stimq; ex locis propinquis militibus acci-  
tis, statuit Heluetios subito aggredi. Ex ci-  
uitatibus quidē Sueviæ mox aderant qua-  
tuor milia peditum, totidem mittebat dux  
Vuirtenbergësis, & sexaginta equites bene  
instructos. Habebat item Cæsar circa se bis  
mille equites, præfatæ itaq; copiæ postquā  
Constantiæ coadunatæ fuissent, decreuit  
Cæsar Heluetios adoriri, ac dictas copias  
cohortabatur, quo eo die sibi obsequeren-  
tur, ac forti animo se contra Heluetios se-  
querentur, quod ipse primus esse uelit in  
aggrediendis hostibus, ac erigi curauit ue-  
xillum magnum, in quo aquila erat depi-  
cta. Cum autem coniuncti cōuenerant, di-  
ctio Cæsaris se audientes fore pollicerentur,

tur, copiarum ducis Vuirtenbergensis du-  
ctores, causabantur fame & itineris labo-  
re fatigatos nihil eo die efficere posse. Præ  
terea cū dux Vuirtenbergensis ampliores  
teneat copias auxiliares, quam uniuersum  
fere imperium, seu totum fœdus Sueicū,  
ipse noluit populum periculo exponere,  
quousq; singuli confederati sua deputa-  
ta misissent auxilia. Quamobrem Cæsar  
eo die nihil agere potuit, præter uotum &  
desiderium suum, quia non ignorabat in  
rebus bellicis occasionem non negligendam,  
interdumq; festinationem maximos  
producere euentus ac rerum mutationes.  
ideo properabat contra Heluetios, prius-  
quam admonerentur, aut maioribus se ui-  
ribus firmarent. Ita cum bellum esset pro-  
tractum usq; ad estatem tandem interuen-  
tu aliquorum pax inter Cæsarem & Hel-  
uetios interuenit, quam dux Ludouicus  
Sphortia multū solicitauit. in eo bello ex  
utraq; parte plurimi desiderati, sed multo  
plures ex Suevis quam Heluetijs, quo-  
niam Cæsar ab initio belli erat absens, bel-  
lo (uti scripsimus) Sicambrico implicitus.  
& Suevi quodammodo confusi erant & si  
ne ordine palantes, tametsi Heluetij eo bel-

Io non nihil cōfusionis reportauerint. Nā certum est eos obsidionem oppidi Stocka timore reliquisse. Præterea cum ipsi ad He gaugia protecti essent, ab ipsis equitibus in fugam uersi sunt, non sine parua cēde ipsorum. & Itel Fredericus de Zolern cum tribus nauibus ex Lindou traiiciens ad Raftog, ipsos Heluetios repugnantes repulit, plerisque ex ipsis interfectis, & bombardis asportatis. Præterea ex pago Nuders ditionis Cæsarī ad octo milia ipsorum fugati sunt à subditis Cæsarī. Vt cun que tamē sit, Heluetij eo bello multo maiorem cladem intulerūt Sueuis, quām Sueui contra, tum Sueorum temeritate, tum capitaneorum ipsorum ignauia. Ad hæc Heluetij ad id bellum erant præmeditati, & communī consilio (uti solent) rem gerebant, quam ob causam actiones ipsorum prosperiores fortiebantur successus. Accēdebat his, quod populus Sueuæ, & potissimum ciuitates imperiales Heluetiorum libertati plurimum fauebant, nobilitatēq; detestabantur. Et etiam in annalibus repe ritur Heluetios semper bellicosos fuisse. Scribit enim Iulius Cæsar, Heluetios reliquos Gallos uirtute præcedere, quod fere quoti-

quotidianis bellis prælijsq; cum Germanis contendant, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Bello itaque inter Heluetios & Sueuos pacato, Ludouicus Sphortia Mediolanum Dux à suis pro reditu solicitatus, à Cæsa re petijt ut cōsensu eius cōducere possit pedites, tum ex Heluetijs tum ex Sueuis. Cui Cæsar, Volo, inquit, conuocare principes et ciuitates Germaniæ, quorum auxilio te in ducatū restituere conabor. At ille ait, Nolum opportunitatem negligere, iam cum à meis accessor paruis copijs uniuersa assenti potero. Tū Cæsar, Si, inquit, huic meo consilio obsequi nolueris, tibi secundo loco cōsulo, ne te Heluetiorum fidei cōmitas, sed duntaxat Sueuos mercede asciscas, tuior namq; eris, quod Sueui & Heluetij haud facile conueniant. Sed neq; illi consilio dux obtemperare uoluit, qui nouem milibus Heluetiorū & Sueorū ad stipendia sua accitis, ac liberis apud Cæsarem relictis Italia ingrediebatur, ac breui uniuersa perdita recuperabat, electis praesidijs Gallorū. Anno dein millesimo quingētesimo Dominicę nativitatis, Ludouicus Gallorū tex magna equitum & peditū stipatus ca-

terua in Mediolanum descendit , ducens  
secum ad sex milia Heluetiorum , & ut am-  
bo exercitus ex aduerso cōstitissent , ac iam  
de mutuo cōfictu expectaretur , Heluetij  
quibus dux largiter stipendia dederat , &  
fratres in cōcione appellauerat , noluerūt  
aduersus Gallos & reliquos Heluetios ar-  
ma mouere , ac ducem ipsum gregali indu-  
tum habitu ne agnosceretur , deseruerunt ,  
sicut Volaterranus prosa , et Petrus Crini-  
tus carmine scripsérūt . quo quidē tempore  
& Sphortia captus est , & pedites Sueui ar-  
mis & bonis exuti , Heluetij uero honori-  
bus & præmijs decorati , quibus de rebus  
Heluetij non incongrue iactitant sese esse  
auctores ingressus Gallorum in Italiam .  
Anno præterea secundo supra millesimū  
quingentesimum , Ludouicus Gallorum  
rex maximas copias equitum & peditum  
destinauit contra Fredericum regem Apu-  
liæ , quem & breui expulit , uniuerso regno  
in suam ditionem redacto . At Ferdinan-  
dus rex catholicus , & uxor eius Elisabetha  
prætendentes ius ad regnum Neapolita-  
num , non mediocribus copijs contractis ,  
Gallos Apulia extrudere statuerunt , qui-  
bus & Maximilianus ex portu Tergestino  
mille

mille noningentos pedites Germanos pro  
suppetijs auxiliaribus misit, inter quas pri  
mū ex nobilibus Sueviæ progeniti erant,  
habuerantq; Hispani ante prædictorū ad  
uentum trecentos fere pedites Germanos.  
Capitaneus igitur regis catholici Germa  
norum peditum accessu non mediocriter  
exhilaratus, nō dubitauit postea, cum Gal  
lis & Heluetijs cōgredi ter circa oppidum  
Canosum, ubi olim Hanibal Romanos  
ad internicionem penè deleuit, cum eisdē  
manum conserens, ipsos ingenti clade affe  
cit, uicerege interempto. Post eam pugnā  
Galli exercitum circa Caietā restaurarūt,  
ubi circa fluum Garlianū dictum, cum  
Hispanis congressi, superati uiētig; fuere,  
plurimis ex eis interfectis & captis, & tor  
mentis mirabilibus ac instrumentis belli  
cis amissis, quæ Heluetij turpiter fugien  
tes deseruere, ac Hispanis reliquere. Gallis  
itaq; ex regno Apulię expulsis, Hispani an  
no tertio supra millesimum quingentesi  
num illud ad suam ditionem redegere, &  
id hodierno adhuc die tenent ac possidēt.  
Vnde non immerito scripsit in triumpho  
suo Veneris Henricus Bebelius Iustingen  
sis, unicus mihi amicus familiaris arcuissi

mus, Sēpeq̄ tentatur fatalis Apulia Gallis.  
Nec item obscure animaduerti potest hu-  
manarum rerum instabilitas ac mutatio.  
Apulia habuerat in octo annis sex reges.  
Karolus Gallorum rex octauus Apuliam  
ingrediebatur anno sexto supra millefimū  
nonagesimum. Et expulit Alphonsum Fi-  
lium Ferdinandi, qui paulo ante aquā Ka-  
rolus Italiam intraret, morte obierat. Post  
Karolum regnauit Ferdinandus Filius di-  
cti Alphonsi, qui alias Ferandinus cognō-  
minabatur, & mortuus est rex. Successitq;  
ei Fredericus patruus, qui fuit expulsus à  
Ludouico Francorum rege, qui Ludoui-  
cus & ipse regnauit & fuit expulsus à rege  
catholico, qui in præsentiarū regnat. Post  
eas quidem strages quas in Apulia acce-  
p̄e, Ianua metropolis Ligurum deficere cœ-  
pit, quamobrem Ludouicus maximo equi-  
tum & peditum exercitu coacto, anno sex-  
to supra millefimū quingentesimū ad  
Ianuæ oppugnationem accessit, quam ui-  
obtinuit, misericorditer tamen & clemen-  
ter cum uictis agens. De his hactenus, &  
ad prosequendam historiam reuertar. Hel-  
uetij ut cum præda ad Sebusianos redie-  
runt, interea Hispani forum Cornelium,  
quam

quam Imolam uocant, applicuerunt, exinde Petrus de Nauarra cum exercitus parte, ad oppugnationem loci, quem Allabastia nominant, accessit. Eundem pridie Kalendas Ianuarij bis adoriens, expugnare non potuit, quadringentis ex militibus amissis, postridie dictum locum maiore agrediens ut expugnauit omnibus in eo trucidatis. Reliqua uero exercitus pars quam plurima castella ad comitatum Bononensem spectantia occupauit, inter quæ erat castellum Budirium, in quo inuenta fuere uiri quinq; milia corborū frumenti, quod quidem frumentum precij erat triginta milii ducatorum. Galli Heluetijs discedentibus, totis viribus contra Hispanos contendunt, con festimque miserunt Ferrariam Molardum cum duobus militibus Vasconum, et quibusdam equitibus grauis armaturæ. Bononiam uero miserunt Iacobum de Emps Sueuum cum mille & quingenitis peditibus Germanis. Statim post Hispani ad obsidionem Bononiæ accesserunt. Et quoniam terra ex eo loco unde ciuitatem expugnare proposuerunt, plana erat, & propter uicemētum missiliū projectionem quæ in eos iaciebantur, diu maiores bombardar

bardas mœnibus admouere non potuere,  
ac minoribus duntaxat utebatur. Interim  
Alphonsus dux Ferrariæ, xiiij, die Ianuarij  
cum Vasconibus & nonnullis Germanis,  
ad oppugnationem Allabastriæ profectus  
est, quam tribus horis simul ac adortus est,  
expugnauit, interfectis centum octoginta  
Hispanis, & octoginta Italib. Dux quidem  
Neumursi cū reliquo exercitu Rhei⁹ pe-  
rit. Inde Fredericum Gonzaga Mutinam  
misit, ad significandum locum tenenti Cæ-  
fareo, quod istis transitum & statua pro  
exercitu habere uelit. Cui gubernator re-  
spondit, se Gallis transitum cōcedere non  
posse, quod Mutina sibi à Pontifice nomi-  
ne Cæsareæ maiestatis consignata fuerit,  
ita ut tandem neq; duci Ferrariæ traderet.  
**Cæsar** quoq; uoluerit Mutinam esse à bel-  
lo immunem, & (ut ita dicam) neutralem  
ac neutri partium adh̄rentem, præterea et  
Galli anno superiori Mutinenibus cau-  
tionem securitatemq; contulerint de non  
offendendo districtu Mutinensi. Præfatus  
igitur dux his rationibus allegatis ductus,  
institutum suum mutauit, & per alia loca  
Bononiam contendit. Hispani autem Bo-  
noniæ obsidionem continuantes, post ion-  
gam

gam tandem pensitationem viij Kalendis Februarij, cum uesternum foret crepusculum, quam plurimi ex eis cum instrumentis, quos schyopetos et arcusos appellant, circa fossas apparuerunt intra portam uici sancti Stephani & Barachinum, quem locum Malcontonem nominarunt, ibiç crebris missiliū seu globorū iactationibus propugnatores ciuitatis ex mœniibus propulsarunt, nec unquam cessarunt, quoad murales machinæ in loco præfixo fuissent constitutæ, quas apud monasterium diui Francisci, ubi moniales habitate solebant, collocarunt. Postridie cœperunt contutere mœnia ciuitatis, quæ in quibusdam locis adeo debilia reperta sunt, quod unicæ globi iactu utrinque perforata fuerint, quo circa Hispani certatim illuc concurrere, Schyopetis alijsq; instrumentis præsidia ciuitatis uulnerare & interficere. ac propterea alacriores facti scalas muris admoveare, atq; delubrum quoddam in mœniibus situm (quod beatæ Mariæ virginis De Barachino nuncupatur) ascendere, illinc eos qui ciuitatē tuebātur, percutere. quod ubi Germani pedites, & Gallorum equites cataphractarij animaduerterunt, mox mœnia

mœnia audacter cōscendere, & Hispanos  
partim capere, & partim interficere, reli-  
quos uero ad fugā uertere. quarto Kalen-  
dis Februarij Hispani quatuor arcus mœ-  
nium muralibus tormentis deiecerunt, ac  
xli pedites disposuerunt, qui cuniculis sub  
terraneis factis, murorū excisioni incum-  
berēt, id ubi Gabriel de Sulza Sueus sen-  
xit, confessim cum suis cōmilitonibus, ad-  
uersus eosdē cuniculos fodere cœpit, quo  
per cuniculos, intra muros ciuitatis à se fa-  
ctos, puluis sulphureus igne conceptus si-  
ne mœnium ruptura erumperet. Postero  
die circa quartā uigiliam noctis, populus  
Bononiensis campanarū sono ad arma est  
citatus. Verebātur enim Bononienses, ne  
Hispani in eo die, quoniā mœnia magna  
latitudine diruta latiore uiam parauerāt,  
ciuitatem occupare niterentur, quod mo-  
libenter ciuitatum expugnationem atten-  
tare, sed eo die mutua fide promissa, indu-  
cīæ factæ sunt, & ex Hispanorum exercitu  
profecti sunt Bononiam Ioannes Vitel-  
lus, Ioannes de Saxadello, & quidam ca-  
pitaneus Hispanus, qui nomine Pontifi-  
cis & totius exercitus persuadere conati  
sunt

funt Marco Antonio de Fantutier agenti  
pro tota ciuitate ut Bononiā traderet, nec  
Bononienses patiatur totius ciuitatis diui-  
tiarumq; & honoris expectare excidium.  
Re autem infecta discessum est, & capita-  
neus Molardus cum duobus milibus pedi-  
tum, inter quos septingenti erant Germa-  
ni, quos nuper capitaneus Linser ex Ger-  
mania adduxerat. Item et cum ducentis e-  
quitibus grauis armaturae Bononiensibus  
Præsidio aduolauit. Kalendis uero Februa-  
rijs, cum ob nimiam Bononiæ mœnium  
ruinam latissimus Hispanis pateret accel-  
sus, ita ut cū consueto & toto ordine ingre-  
di possent, decreuerūt ipsi ciuitatem expu-  
gnare, ac instructo agmine in expeditionē  
cōscenderunt, iamq; non solū pedites, ue-  
rum etiam equites superatis fossis, supera-  
toq; loco ubi mœnia cōstiterāt, munimen-  
ta & aggeres intra ciuitatē præparatos ten-  
tabāt inuadere. Sed qua Bononienses pri-  
die in parte diruta murorū multos currus  
fasciū cum pice alijsq; fomentis ignē facil-  
lime concipientibus apposuerant, qui, ut  
igne correpti sunt, tantam & ignis & fu-  
mi densissimi uehementiā ediderūt, quod  
Hispani illā pati nequiētes retrocedere co-  
gerentur.

gerentur. Interea Gosthus princeps Nei-  
mursi de Rhegio se mouit, et cum exercitu  
profectus est ad loca Final & Bundinū, ac  
dein iiii die Februarij Bononiam petiç, in  
cuius accessu et ingressu Bononienses nul-  
lū fecere signū leticiæ, non pulsando cam-  
panam, nec emitendo bombardas. postri-  
die Galli intra ciuitatē ordinem instru-  
rūt, ad congregandi cum Hispanis. Hispa-  
ni uero præliū detrectantes se de loco mo-  
uerunt, & ad fluuiū Idissum, qui ad quin-  
tum fere lapidem à Bononia distat, contu-  
lere, relinquentes in prædam panes et pul-  
uerem sulphureum multum. At Gallis cir-  
ca Bononiam occupatis, ubiq; per Italiam  
uulgatum extitit, Maximilianum Cæsarē  
cum Venetis concordare. Quam quidem  
famam Veneti cōfirmantes, & Brixenses  
& populu circa lacum Benacum ad rebel-  
lionem sollicitarunt, ac cum quibusdam ci-  
uibus primarijs super Brixiae traditione a-  
gere cœperunt, quoniam proditione seu  
pijs coactis, die xxv Ianuarij, sub nocte  
Brixiam adierūt, sperantes Brixiam aper-  
tis portis occupare, sicuti cōstituerunt. Sed  
quidam proditionis cōscius antea præmo-  
nuerat

nuerat Gallos, qui rem clam & secreto te-  
nentes, tempore accessus Venetorum, opti-  
mam obseruabat custodiā, disposueratq;  
ut aduolantibus Venetis, frequentes telo-  
rum seu missilium iactationes contra ho-  
stes agitarentur, ad arcendam eorum uim.  
Veneti autem recedentibus, & sua spe fru-  
stratis, eodem die capti sunt xxi ciues, & in-  
ter quos erat filius comitis de Auagaris, hi  
omnes trucidati sunt, & eorum bona pub-  
licata. Veneti breui post cum amplioribus  
copijs, quam antea reuersi sunt, & Gallis  
illuc præsidio constitutis circa unam partē  
ciuitatis uiriliter repugnantibus, Ciues in-  
terim Venetos, ex alijs locis funibus su-  
per muros in ciuitatem traxere, id ut Galli  
accepere, è uestigio in arcem profugerunt,  
multis ex eis captis & occisis. Accidit autē  
ut quidam eques Gallicus impeditus in ar-  
cem profugere non posset, is igitur ad ciuē  
familiarem se recipiens, eidem ccccc obtu-  
lit ducatos, seu aureos ducales Latinius,  
quo sibi auxilio ad euadendum esset. Ille  
quidem ciuis pecuniam oblatam accipiēs,  
& auxilium promittens, Gallum rusticali  
habitu indutum domum exire iussit, ac tū  
mox rusticis & ciuibus prodidit: qui cap-

p tus

tus per ciuitatem ductus est, cum ingenti  
rusticorum uociferatione. Tandem rusticī  
uentrem Gallo gladio aperuerunt, accor-  
eiudem exciderūt, quod in plurimas par-  
tes disiectum, alius alij eiusdem partiuncu-  
lam uirga præbuit. Sed grossiorem uentris  
partem recipientes, in os dicti Galli immi-  
serūt, cum hac exprobratione, Tu te ex no-  
bis saturasti, crassumq; fecisti, iam illā pin-  
guediuem manduca. Ad hæc rusticī & ci-  
ues non contenti huiusmodi crudelitatem  
in uiros exercuisse, qui & mulierem Gal-  
licam inuentam occidentes, eiusdem pu-  
denda seu cunnum in uirga detulerunt.  
Sic Brixienſes quoscumq; Gallos assegue-  
bantur, miserabiliter perire fecerunt. Bre-  
ui dein terræmotus auditus, quo uniuersa  
ciuitas contremuit, Veneti ea Brixiae occu-  
patione multum elati, spem conceperunt  
Veronam, Cremonam, & reliqua loca re-  
cuperandi. Et quoniam scripsi per Italiam  
fuisse famatū Cæsarem cum Venetis con-  
cordasse, uolui latius explicare quo pacto  
huiusmodi rumor increbruerit. Thomas  
archiepiscopus Strigoniensis cardinalis et  
Patriarcha Constantinopolitanus ab Vla-  
dislao Hungariæ & Bohemiæ rege Romā  
legatus

legatus erat, ad solicitandam concordiam inter Cæsarem & Venetos, præterea & Veneti in locum defuncti oratoris alium subrogauerant cum mandato concludendæ pacis. Is Romam secum adduxit x ciues, & unum patricium, offerens Cæsari pro se curitate Gurcensis patricium, & quatuor ciues obsides destinare. Et à Pontifice iussus offerre pacis conditiones, cœpit primū offerre eos, quos Veneti anno superiore Mirandulæ Vito de Furst obtulerat. Ponit sex perinde ac infensus uoluit, ut Veneti illic oblationibus relictis ea repeterent, quæ Bononiæ fuissent tractata. Et cum negotium ipsum inter dictum oratorem Venetum, & Ioannem Collam commissarium Cæsareum multum diuq; coram Pontifice agitatum esset, ac certæ pacis conditiones à Pontifice & oratore regis catholici præpositæ, restaretq; modo ut concluderetur, orator Venetus afferuit se nō habere mandatum propositis conditionibus assentiendi. Quocirca Pōtifex ueluti indignans, unā cum Hieronymo Feych oratore regis catholici nonnullos cōcordiç articulos extogitarunt. Item quod Veneti relinquerēt Cæsari, Veronā & Vincentiā. Item quod

in tribus annis proximis darēt Cæsari ducenta quinquaginta milia ducatorum, & centum milia intra mensē post publicationem pacis Veronam mitterent, & reliquā pecuniam duobus proximis annis contribuerent. Item quod Veneti Paduam & Teruisum retinerent, quae à Cæsare Karolo nepote, & principibus Austrīæ recognoscerent in feudum, eisdem pro anno tributo in tres uices anni xxx milia ducatorum dando, pro reliquis uero terris & controuersijs Veneti & Cæsar compromitterent in Pontificem & regem catholicum qui intra annum negotium componere debeant. Illos autem articulos superiores Pontifex Venetias per fidum hominē ad nuncios suos ibi agentes transmisit, quibus & commissionē dedit, ut omni modo Venetos persuadere conentur, quo eisdem articulis consensum accommodarent, alio qui protestarentur se eos derelicturum, ac ab inito fœdere exclusurum, præterea & Cæsari pro omnium rerum suarum recuperatione adhæsurum. Verum ex omnium rerum & Pontificis et Venetorum progresu semper mihi uisum est, eoru actionem se tendere ad stringendum Cæsarem à rege Franciæ

Franciæ, antequam concordia inter Cæsar  
rem & ipsos Venetos subsequeretur. At  
Cæsar præfatis pacis articulis assentire no  
luit. Redeundo autem eò unde digressi fu  
mus, Gosthus dux Neumursi, postquam  
intellexit Brixiam à Venetis occupatam, ix  
die Februarij Bononia discessit, & contra  
Venetos festinabat, relicitis Bononię præfi  
dij gratia quatuor milibus peditum, & du  
centis quinquaginta equitibus grauis ar  
maturæ. Bononienses uero, quoniam tui  
tionis suæ spem præcipue Germanos col  
locauerat, quorumq; fortitudinem in ma  
ximo perditionis discrimine experti fue  
rant, à præfato principe efflagi arunt, ut Ia  
cobum de Emps cum peditibus Germa  
nis præsidio relinqueret. Sed is Bononien  
sium preces exaudire noluit, cum & ip  
se rei bene gerendæ spem in Germanos re  
posuisset, atq; Pado transito cum maxima  
festinatione aduersus hostes contendebat.  
Destinauerant quippe per id temporis Ve  
neti in Brixiensium succursum ac præsidiū  
ter centum equites grauis armaturæ, quo  
rum capitaneus erat Paulus Balianus, &  
supra tria milia peditum cum machinis &  
instrumentis bellicis. quorum aduentum

cum Galli explorassent, eos celeriter aggredi instauerunt, quos xij die Februarij Gallorū primæ custodiæ equites, in rure nobilissimo circa locū Iſula De la scala dictum offendentes, adorri in fugam repulerunt, plurimis ex eis captis & occisis, ac multis in Athesi fluvio submersis, quos item Gallo latius persecuti fuissent, si noctu impediti non essent. Postridie Philippus de Friburg cum mille & octingentis peditibus Germanis Veronam egressus, hostes fugentes eorumq; impedimenta persequi cœpit, & hostium bombardis circa Suaue opidum repertis, ex minoribus nonnullas asportauit, maiores uero multo sulphureo puluerem immisso destruxit. Post hæc id est cū copijs Gallorū, ad uillā sancte Euphemiae, duobus milibus passuum à Brixia distantem coniunxit, de quo sane loco dux Neumursi, omnibus medijs ciues Brixien ses persuadere conatus, quo sese dedat, nec ruinam & excidium sui expectent, præmit tens regem Franciæ istiusmodi iniuriam & rebellionem eis condonaturū, modo resipiscant, & in gratiam eiusdem concedant, quod cum uarijs medijs ad ciuium noticiā deducere satageret, nec id populus ignoraret

raret. Interea Frabričius de Columna cum  
mille quingentis equitibus & quinque milii  
bus peditum, traiecto flumine Rheno, qui  
in territorio Bononiensi labitur, ad Padū  
proficiisci statuit. Quod ut dictus princeps  
accepit, minime cunctandū ratus est, con-  
festimque mittit Leonardū Ruch Sueu um  
cum mille peditibus Germanis sub capita  
neo Iacobo de Emps degentibus, ad expu-  
gnādum monasterium quoddam in mon-  
te post arcem Brixensem situm, quod Ve-  
neti propugnaculis, aggeribus, & mille ru-  
sticorum præsidio munierant, ne Gallis  
post arcis positum ingrediendi copia esset.  
id Germani ingenti ui adorti, rusticos bre-  
ui propugnaculis depulere, ac intra clau-  
stra monasterij sese abdentes ferro & igne  
ad internicionem usque trucidauere. post  
quod factum dux Neumursi cum uniuersi-  
to exercitu arcem Brixensem accessit, pe-  
ditatum quidem arcem iussit ingredi, & ip-  
se post portam arcis cum equitatu reman-  
fit, sub nocte que ad portā ciuitatis sancti Na-  
zarij collocauit quingentos equites grauis  
armaturæ, qui hostes fugere contenden-  
tes intercipere niterentur. Poterant enim  
Veneti solum per illam portam effugere,

p 4 quia

quia reliquas & terra obstruxerant, & fossis circumdederat. xvij die Februarij dux Neumursi, & acies instrui, & quemlibet uexillo suo astare iussit. ac tympano proclamare fecit, si qui primam aciem seu ordinem antesignanorum seu antecurrentium ingredi uelint, ad portam arcis, per quam iter ad ciuitatem est, profici serentur. Iuerunt itaque eod trecenti pedites Germani, inter quos ex sueviis nobilibus erat, Ioannes Spec de Plumer, Burckardus de Emps, Ioannes Hardar, Vuolfgangus de Ehingen, Georgius de Vfenloch, Ioannes Sigismundus de Friberg. Ex Saxonibus autem erat Fabius de Schlabersdorff, Gothardus de End. Germanos quidem mox subsequebantur trecenti Vascones, inter quos erat Molardus, & capitaneus arcis Brixiensis. In prima autem linea antesignanorum seu antecurrentium (ut Germani appellant) erat Molardus cum nobilibus Germaniae. Post illam uero aciem instructi erant quingeniti equites grauis armaturae, qui pedestres erant ingressuri ciuitatem, in quo ordine & ipse dux Neumursi stabat. Postea ordinatus erat uniuersus peditatus Germanicus & Gallicus. In eo agmine fuit Jacobus de

de Emps, & Philippus de Friberg cum tribus milibus, & octingentis peditibus Germanicis. Veneti qui Gallos arcem intrasse resierant, sub auroram diei prædicti ad arma conclamare, equites tubicinæ conuocare, ac populum campanarum pulsu ad arma concitare cœperunt. Intra Brixiam autem erant equites grauis armaturæ quadrangenti, uelites qui balistis pugnant milie, & stratiotæ octingenti. Item duo milia peditum bene instructorum, rusticorum uero & ciuium qui ad arma concurrerant, supra sex milia. Dux Neumursi simul ac ad quartam diei horam ordines intra arcem continuisset, nec quicquam de ditione expectandum cognouisset, consilio cuiusvis habito, decreuit urbem ui aggredi, & accitis Philippo de Friberg, & Iacobo de Emps eis exponit, Brixiam omnino uiolenter expugnandam, & proinde milites adhortentur, quo strenui ac constantes esse uelint. Conuocatis igitur Germanis, ad eos Philippus concionem habuit. Vos (inquit) commilitones optimi, Galli statuerunt oppugnare Brixiam, quam & uiribus uestris se expugnaturos sperat, qua de re uos hortor atq; moneo, ut pristinæ glo-

riæ & uirtutis Germanicæ memores , strenui , firmi ac constantis animi esse uelitis . Dux nempe ipse ac totius regni nobiliores destinarunt aut mori uobiscum , aut uitæ contra hostes potiri , quo circa quicq; illius animi ac propositi sint , id eleua to brachio ostendant , reliqui uero aciem aggrediantur . tunc subito Germani maximo animo eleuatoque brachio , aut morie mur , clamitant , aut urbe potiemur . Dein Philippus eisdem ducis nomine exponit , ut ipsi populo Citadellæ parcant , quod factio nis sit Gallorum , sed ingressuri reliquas urbis partes , omnia diripere & quos cunq; offenderint , trucidare nitantur . Arx Brixiensis in editiore urbis parte montis satis acclivi sita est , ex ea unum iter ad Cita dellæ . At Veneti circa portæ Citadellæ , quæ urbem respicit , nonnulla tormenta mura lia seu bombardas collocauere , unde frequentia tela seu globos in exeuntes portæ arcis iecere , propterea exitus arcis admodum difficilis & periculosus videbatur . Agmen antesignanorū primum arcem sensim exire , & alter alterum ut periculum evasere expectare , & dein agminatim secundum muros cliuum descendere , ubi ue

ro ad monasterium sancti Floriani peruen-  
pere, sexcentos inibi pedites nostrorū im-  
perū expectantes profligare, & quotquot  
fugientes assecuti sunt occidere. Verum hi  
qui bombardarum custodiq; deputati erāt,  
ubi suos cōspexere fusos, ipsi relicts bom-  
bardis fugē sese accingere, quos & Germa-  
ni & Galli insequentes, unā cum ipsis ur-  
bem ingressi fuere. Ea quidem urbis pars  
quam intrarunt, simul atq; Citadellam exi-  
erant, Burletum appellatur, ubi ingredien-  
di primum occurrit uicus strictus, post hūc  
est locus amplius & spacioſus. In uico stri-  
cto mulieres ē fenestrī lapides deiſcien-  
tes, aliquos milites perdidérūt. Ut uero ad  
locum spacioſum accessere, inuenerūt ple-  
rosq; equites grauis armaturæ & etiam le-  
uis, quos breui fudere, & ad interiorem ur-  
bis partem repulere, ac repulſos usque ad  
portam infecuti fuere. Tanta ſane Veneto-  
rum fuga erat, quod & illam portam dimi-  
ſerāt apertam, quā & milites tumultuarie  
ingressi fuiffent, niſi à Molardo cohibiti es-  
ſent. Et quia Veneti ante eam, quod parū  
à foro distat, omnes fere uires suas cōtine-  
bant, quo circa Molardus & Germanici no-  
biles, ne ab hostibus danno afficerentur,  
ſubito

subito cepere consilium, ac dictam portā  
occludere, ac bombardā quam in Citadel-  
la conquisierant ad eām disponere, quoad  
reliqui approximarent. In quorum quidē  
accessu eandem portam recludere, globū  
ex bombarda per portam iacere, hostes ru-  
ptis ordinibus hinc inde, quō quisq; saluti  
suā fuga consuleret, discurrere. Milites au-  
tem primi agminis, ut per eam portā trans-  
ierunt, ad forum perrexerunt, quos ma-  
gnum agmen & Germanorum & Vasco-  
num subsequebatur, quingentis uero illis  
armatis ad uicum amplum, ad dextram in-  
troitus portę extrantem declinantibus. Ger-  
mani itaq; & Vascones in foro cōstituti, or-  
dine facto cum hostibus, manum conse-  
ruerunt, quos & breui fuderūt & profligā-  
runt, atq; illos qui fugerāt & portā sancti  
Nazarij aperuerant, relictis in foro tribus  
milibus Germanorū, persecui cōperunt,  
quosq; maxima clade affecere. Qui uero  
portā exierant à Gallis, qui ad ea collocati  
fuere, intercepti sunt, inter quos & comes  
Aloisius de Auagaris deprehensus est. Ger-  
mani deinceps & Vascones per omnes ui-  
cos urbis discurrere, quoscunq; armatos re-  
periunt, necare, in domos ciuium irruere,

bona

bona ipsorum diripere, ciues pro indicio tor  
 quere, ac nihil intentatum relinquere, quoq;  
 irati uiatores exercere consueuerunt. Ca-  
 pti tamen fuere in hospitijs suis, Andreas  
 Gritti, & Antonius Iustinianus, qui præto  
 rē se pro Venetis triduo gesserat. Hęc Bri-  
 xię amplissimę ac ditissimę ciuitatis expu-  
 gnatio facta est xvij die mēsis Februarij,  
 Anno xij Dominicæ nativitatis supra mil-  
 lesimū quingentesimū, interfectorum nu-  
 merus non est omnino certus. Galli pri-  
 mum scripserunt ad Cæsarem interfectorum  
 numerum fuisse supra xi milia homi-  
 num. Sed postea cōpertum est occisorum  
 seu interfectorum personarum tam in pla-  
 teis quam domibus in multo præsatū nu-  
 merum excedere. Cadavera mortuorū per  
 uicos, plateas, fora frequentia iacuere. Ex  
 Gallis uero & Germanis admodum pau-  
 ci interiere. Postridie Gosthus dux Neu-  
 murfi edictum fieri iubet, ne quis captiuos  
 amplius interficiat, aut captiuos supra de-  
 cimum quintum ætatis annum agentes ex  
 urbe educat. Eo itidem die comes Aloisius  
 prodictionis auctor obtruncabatur, eiusq;  
 corpus in quatuor partes dissectū, ad por-  
 tā sancti Nazarij patibulo est appensum.

Iulus

Iulius uero Pontifex postquā audiuit mis  
serabilem Brixiensium cladem , nō medi  
cī mōrōre affectus est, atq; Gallorum ui  
res in se conualescere timens, omnibus me  
dijs res suas firmare ac corroborare stu  
davit. propterea Matthēum Episcopū Sedu  
nensem tunc sanctā Potentianę Cardina  
lem, totius confœderationis Legatum de  
putauit, per quem item obtinuit ut Helue  
tij ex conuentu Thuricensi certos delige  
rent oratores , qui Venetias proficisci eren  
tur ad mutuam societatem ineundam. Ad  
hæc Matthēum Lang Episcopum Gurcen  
sem Cardinalem nominauit, quo medio  
eiusdem Cæsarem ad confœderationis suę  
partes alliceret . Præterea Episcopum Ve  
spruniensem Hungariæ regis oratōrē Ve  
netias destinauit, ut illinc ad Cæsarem pro  
ficiatur ad procurandam conficiendam  
que inter ipsum Cæsarem & Venetos pa  
tem . Cæsar tum Germaniam inferiorem  
petebat , comitatus à Ludouico Palatino  
imperij electore de Heydelberga, & Vdal  
rico Vuirtenbergensium duce ; quoniam  
dux Geldrię maximas fecerat incursions,  
depopulationesq; in Bauaros, quos Hol  
dinōs appellant, & Brabantinos, qui olim  
partim

partim Aduatici dicti sūt, partim Ambaua-  
ti. adiutus ferebatur occultis auxiliis à ré-  
ge Franciæ , cuius conatibus Cæsar ut in  
tempore occurreret, & alia imperij & rei-  
publicæ Christianæ urgentia negotia tra-  
ctaret, conuentum seu concilium Germa-  
nicum Treueris celebrauit. Interim Ferra-  
rienses ac Bononienses auctoritate conci-  
lii Mediolanensis diuina celebrare cœpe-  
runt. & Fredericus tunc sancti Theodori  
Cardinalis de sancto Seuerino, Bononiæ  
et Romandiola Legatus à dicto concilio  
deputatus, Parmā profectus est, ubi substi-  
tit, oratoresq; Bononiā misit. pro tuitio-  
ne sua à Bononiensibus postulauit tres ci-  
uitatis portas, itē Palatiū, item episcopa-  
tum, & alia quidem priuilegia & iurisdi-  
ctiones, de quibus sane Bononienses pla-  
ne nullam (ut ita loquar) complacentiam  
habuere, et in primis Bentiuoli. Breui uero  
post Gosthus dux Neumurī Parmam ue-  
nit, & contractis copijs militaribus Bundī  
num ac Final petiit, adducens secum præ-  
dictum Cardinalem de sancto Seuerino,  
ubi & Alphonsus dux Ferrariæ cum qua-  
tuor milibus peditum, & quingentis equi-  
bus leuis armaturæ, & trecentis grauis ar-  
maturæ

maturæ Gallorum exercitui se coniungebat. Adduxerat Gosthus autem octingen-  
tos equites cataphractarios, quos Lan-  
ceas, seu equites grauis armaturæ appelle-  
lant, quatuor item milia peditum Germano-  
rum, quorum capitanei primarij erant,  
Philipp<sup>o</sup> de Friberg et Jacobus de Emps,  
quatuor itidem milia peditum Gallicorū.  
Superueniebant etiam ex Gallia ad duo  
milia Vasconum & Picardorum, & Bono-  
niæ præsidio constituta erant quatuor mi-  
lia peditum, et ducenti quinquaginta equi-  
tes grauis armaturæ. Adducebat præterea  
Burckardus de Emps mille pedites Ger-  
manos, qui nuper post Brixiae expugnatio-  
nem primum in Italiam aduolauerant. &  
Gallico accessio siebat, ut alias quidem ac-  
cessiones omittam. Ex Mutina accede-  
bant centum, item & quadringenti, quos  
Vitus de Furst Mutinæ locum tenens per  
fratrem suum Ernestum de Furst de Vero  
na acciuerat, ad cohercendos quosdam re-  
belles & inobediëtes Apennini montis ac-  
colas, & ita summatim comperi Gallicum  
exercitum ex xxij milibus equitum et pedi-  
tum conflatum, exceptis his, qui postea ex  
ciubus

civibus Bononiensibus se exercitui iunxit.  
Galli igitur, unitis viribus suis, traiecerunt  
fluum Panorum, agrum Mutinensem à Bononiensi territorio disternantem,  
ac cōtra Hispanos proficisci cōperūt.  
Hispani autem impedimenta sua ad Forū  
Cornelium conferentes, Budirum oppidū  
agri Bononiensis fertilissimum reliquerunt,  
& ad Castellum Sancti Petri sese receperunt.  
castellum sancti Petri per se quidē  
munitum aggeribus & fossis ita circundat,  
ut per unicam duntaxat portam paucit  
accessus. Hispani ferebantur in exer  
citū habuisse xvij milia peditū, & duo mi  
lia equitum grauis armaturæ, & rotidem  
leuis armaturæ, licet eorum numerus mul  
to minor fuerit. primum agmen, quod An  
teguardiam uocant, ducebat Fabricius de  
Columna, in eo erant octingenti equites  
grauis armaturæ, sexcenti uelites, & qua  
tuor milia peditum. Robur exercitus du  
cebat uicerex Neapolitanus & Petrus de  
Nauarra, ubi inter ceteros erant quatuor  
milia peditum, omnes albas induiti arma  
turæ quas Corsaletos uocant. Ultimo ag  
mini, quod Retroguardia dicitur, præfe  
ctus erat Gomeus Romeus de populo Bo  
q noniensi

noniensi uir intrepidus. Vicerex Neapoli  
tanus, uniuerso exercitu in concionem co-  
uocato, pulcherrimā orationem habuiisse  
dicitur, milites exhortando, adeptae gloriae  
& nominis memores, Gallos hostes non  
expauesceret, quos aliter saepe domuerint.  
Orationem Viceregis Petru De Nauarra  
suscepisse ferunt, eosdem milites exhortan-  
do, quo intrepidi in hostile Gallorū agmē  
irrumpat, nō secus ac cōtra Turcas pugna-  
turi, quod Galli sint schismatici & honorū  
Ecclesiæ occupatores, & qui Gallum occi-  
derit, nullum incurrat peccatum, sed diui-  
nam promereatur gratiam, occisus uero in  
ter martyrum cateruas uitam assequatur  
eternam. Galli relictis Hispanis ad castellū  
sancti Petri profecti sunt cōtra Sarsenam,  
quod oppidū Itali Ros uocant. oppidani  
mox Gallis ditionem offerunt, Galli im-  
posito præsidio petiuerunt Rauennā. At  
Sarsenates altera die sequente sub noctem  
introduxerunt Hispanos, qui Gallorum  
præsidium ad internicionem occiderunt.  
Galli ea suorum occisione audita, confe-  
stimirati reuertebantur, et dicto oppido ui-  
expugnato, uniuersos fere oppidanos tru-  
cidarunt, nullius ætatis rationem haben-  
tes

tes, postea se contulerunt ad obsidionem  
Rauennæ. Hispani autem Rauennatibus  
præsidio miserunt Marcum Antonium de  
Columna cum mille octingentis pediti-  
bus, & centum equitibus grauis armaturę.  
Galli quia semper quarebant occasionem  
belli gerendi cum Hispanis, qua de re de-  
creuerant Rauennam obsidione premere,  
ut Hispani tamē necessitate quadam suc-  
currendi suis induceretur ad pugnam. La-  
borabat item penuria rei frumentariæ Gal-  
li, et admodū nuper Veneti tres naues com-  
meatis onustas in Pado eis abstulerant,  
die viij Aprilis Rauenna à Gallis obside-  
ri cœpit, quo itidem die & ipse tormenta  
muralia muro admouerunt, magnamque  
mœnium partem diruerunt. Postridie Fre-  
dericus Gonzaga cum Italibus primus Ra-  
uennam adoriebatur, sed non sine iactura  
& Italorum mœnibus deturbatus est. po-  
stea quidam equites cataphractarij Germa-  
ni, quos appellabant Arnbergischen, hoc  
est Arnbergenses cum Picardis, & nonnul-  
lis Vasconibus oppugnationem tentarūt.  
Ut autem equites mœnia concendissent,  
& ciuitatem viriliter ingressuri essent, pedi-  
tes haud subsequebantur, relinquentes di-

Etos equites Rauennatum occisioni. Durante uero oppugnatione interim equites Gallici & pedites Germani stabant in ordine instructi, quia Hispani eo die ad duodecimum ferme lapidem castris relictis, cum exercitu approximabant, & ad quartum lapidem à Gallis castra locabant, inter ea duo flumina, inter quæ Galli castra posuerant. At die x Aprilis ambo exercitus aciebus instructis, totam diem in armis conseruant, tandem ad castra reuertebantur, nisi hilic die actum fuit, nisi quod Rauenna à Gallis frustra oppugnabatur. nocte sequente Galli omnino deliberarunt cum Hispanis manus conserere, sed Hispani coeuntes deliberabundi cōsultabant, quid factō opus esset. Ioannes quidem Cardinalis de Medicis, & legatus censebat castra ultra Pignetam fluum mouenda, & è regione Gallorū collocanda. Fabricius de Columna iudicabat castra inter mare Adriaticum & Rauennam ponenda. Petrus autem de Nauarra existimabat castra quidem ultra Pignetam mouenda, parum tamen remo-  
tius locanda ad locum, quem Galli non si forent, huic consilio Hispani obtemperarunt,

runt, ac sub noctis crepusculo transitō flu-  
vio memorato, castramētati sunt in loco  
plusquam ad unum lapidem à Gallis di-  
stante. postridie misit Raymundus de Car-  
done ad Gosthum ducem tubicinem, ut ad  
flumen Pignetam colloquendi gratia acce-  
deret. Gosthus postquam ad Raymundū  
peruenit, Domine, inquit, quid placet. Cui  
Vicerex, quid tibi placet. At ille, ego uoca-  
tus huic ueni, quid tibi cordi sit, edissere.  
Cui Vicerex, Nōne hodie pugnabimus? Il-  
le uero, Per placet, inquit. est ne id decretū  
apud uos? Cui Vicerex Etiā ait, moxque  
confractis albīs, quos facialium tempore  
in manibus gestabant, bacillis, utrīq; dis-  
cessum est. At Gosthus petebat Iacobum  
de Emps & Philippum de Friberg, ut mili-  
tes animarent ad certamē, qui peditibus in  
concionem uocatis, in hanc fernie senten-  
tiā sermonē habuerunt. Strenui Fratres  
& commilitones optimi, præsens dies de-  
stinatus est pro mutua pugna Gallorum  
& Hispanorum. Et quoniam Galli rei be-  
ne gerendæ spem & successum in robore  
& uirtute uestra ponunt, proinde uos me-  
mores pristinæ uirtutis & gloriæ Germa-  
nicæ nominis, strenue, fortiter agere debe-

ris hoc die, ne à maiorum gloria degenare  
uideamini, ac nostris simus dedecori. nec  
salutem aut rei bene gerendę successum in  
manus aliorum reponite, sed proinde agi  
te ac si soli pro uita & gloria uestra pugne  
tis. hoc certissimum uobis sit, nisi manibus  
uestris peperitis uictoriam, ac hostes profili  
gaueritis, rusticorū manus minime euade  
tis, quo circa in pugna firmi & constantes  
perseuerare uelitis expectaturi aut uicto  
riam aut mortē. Et quo Deus omnipotēs  
nobis elargiri dignetur uictoriam, promit  
tam uotumq; faciamus singuli, quod in  
proximum diem Sabbathi uelimus in ho  
norem Dei & beatissimæ Mariæ uirginis  
pane & aqua ieunare, hoc uoto facto Gal  
li acies iustruxerunt, & flumen Pignetam  
transferunt. Primum agmen seu anteguar  
diā duc̄tabat Alphonsus Ferrarię dux. Ro  
bur exercitus duc̄tabat Gosthus dux Neu  
mursi. Ultimo agmini seu retroguardia  
præfectus erat quidam Gallicus, qui nun  
cupabatur Grandi diabolo, qui & impedi  
mentorum custodiæ deputatus erat. Ger  
mani, quia uentus ora eorum afflaret, &  
sol facies directo inspiceret, sinistrorum  
se flexerunt, ut à tergo & solem & uentum  
relin-

elinquerent, ac tardo lentoq; gradu cōtra hostes progrediebātur. Mandauerat quippe Gosthus Germanorum capitaneis, ne manus cum Hispanis cōsererēt, ante aquā iuberet, quoniam destinauerat in primis cum equitibus configere, & illis profligatis pedites aggredi. qua de re Galli artelias suas cōtra Hispanorum equites ita dī sposuerant, ut bombardarum globi in equites continuo iacerentur. Præterea is qui retro custodiam Gallorum ductabat, receperit quibusdam bombardis in ante custodiam Hispanorum equitum globos emittebat, ac eidem tantum cladis & iacturæ inferebat, quod illud primum agmen seu antecustodia ordine relicto, ad ultimum agmen configueret, ibi equites Hispani coadunati decreuerunt Gallicos equites adoriri. quod simul ac Gosthus animaduertit, mox ex primo agmine suo recepit equites, quibus cum ordine instruēto Hispanis equitibus obvīabat, & certamine initio Hispanos in fugam uertit. Interea temporis Hispanorū bombardæ, quæ è directo Germanorum & Vasconum locatæ erant, maxima eisdem damna inferebant, inter quas unus globus quadraginta ex ordine tolle-

bat. Germani mox in locum mortuorum  
alios substituere, immobilesq; stare. Vasco-  
nes uero, globorum iactationes longius  
ferre non ualentes, ad Germanos confuge-  
re, sed Germani (ne ordo ipsorum turba-  
retur) eosdem armis & lanceis repellere.  
Vbi uero Germani iam duas pene horas  
cum maxima iactura globorum iactatio-  
nibus expositi, firmi constitissent, statue-  
runt pugnare, nec diutius Gosthi iussum  
expectandū. Transita itaq; una fossa, aliud  
restabat fossatū quod transgrediendū erat,  
ultra quod pedites Hispani ordine instru-  
cto Germanos & Vascones expectabant,  
intrag; illud fossatum tantum spacijs relin-  
querent, quod Germanis locus standi &  
congrediendi cum eisdem concedebatur.  
Habebant autem Hispani ante se currus  
quām plurimos, in quibus collocauerant  
bombardas quas arcus busos Irali uocant,  
Germani uero haken buchsen. Eisdē præ-  
terea curribus in fixerant instrumentum  
cum tribus acutissimis ferris, duo eius fer-  
ramenta, quæ dextra & sinistra respiciebāt  
erant curua instar falcium, id uero quod in  
ante prospiciebat, erat prælongum & re-  
ctum, & dein supra id instrumentum cur-  
ruj

rui infixum, disposuerant lanceas obliquè locatas. Posteaquam ergo Germanorum magna pars præfatum fossatum transgres sa est, Hispani globos ex arcubus busis in eos primum iaciebant, mox ad mutuum conflictum peruentū est. fit utrinq; asper tima pugna, rem primum lanceis gladijsq; tractabant, ubi autem illa defecissent, rem globis terræ ac dentibus agebant. Dum ue ro utrinq; fortiter & dubio Marte pugna retur, interim Fabricius de Columna cum paucis equitibus ordinē Germanorum, eo rum uidelicet, qui fossatum ultimū non tū transgressi fuerant, rumpere, & Vascones quoque nō omnes, sed qui nuperrime ad militiam acciti erant, turbati confusiq; ad Germanos configere, eorum item ordinē turbatiorem reddere, quo siebat, ut Germanus quidam proclamaret. O Germani uer tite uos, & ad tutiora loca recipite. Hęc qui dem uox audita, plerosq; qui ultimum fos satum transferant, permouit, quod pedem referrent, fossatum transsilirent, & ad reli quos se Germanos reciperent. Quod qui dem Germanis pugnantibus maximam iacturam inferebat, nam hi in loco suo per seuerantes, nequaquā respicere aut pedem

q s referre

referre, sed uiriliter & fortiter pugnantes, omnem hostium uim sustinere, moriq; potius quam retrocedere præoptare. Germani igitur tum in maximo discrimin'e & periculo constitutis, Gosthus cum equitibus Gallicis peropportune præsidio occurre-  
re. Germani illi, qui ultimum fossatum non  
transierunt, Gallorum uidentes præsidiū,  
ordine factio in Hispanos irruere. Hispani  
uero undequaque circundati in ancipiū lo-  
co stare, qui cum aliquantisper nostrorum  
uim sustinuisserent, tandem fundebātur, in  
fugamque uertebantur. Fusis igitur & fuga-  
tis Hispanis peditibus, Galli iuferunt Ger-  
manos ad bombardarum tuitionem stare.  
in quorum quidem laudem dicebant, Vos  
Germani nobis illas bombardas in regno  
Neapolitano abstulistis, eas autem nunc  
redditis. Et postquam nullum amplius pe-  
riculum apparuit, Galli Germanos adeun-  
tes dicebant, si uellent lucri gratia aliquas  
facere excursiones, quod id cōcessione sua  
facere liceat. At Germani, Nos, inquit,  
hic stetimus pro honore & gloria, & non  
pro lucro, ideo quæstū minime curamus.  
Atq; genibus flexis suppliciter gratias Deo  
agebat pro parta uictoria. Eo quidem præ-  
lio

Qui ex Hispanis desiderata sunt ad ix milia  
uirorum, ex Germanis mille, ex Gallis &  
Italis duo milia, tametsi pleriq; ampliorē  
numerum interijsse ferunt. Ego uero dili-  
gentiori inuestigatione adhibita, plurimo  
rum relatione accipio, aliquantulū supra  
xii milia hominum ex utraq; parte deside-  
rata. Ex Gallis Gosthus dux Neumursi, &  
comes de Foys uir intrepidus, et parum su-  
pra uigesimum ætatis annum natus, eo  
bello occisus est à peditibus Hispanis, dum  
in foueam quandam cecidisset. Occisi quo  
que sūt capitanei Dominus de Legra, Do-  
minus de Allabrotta, Dominus de le Vt-  
rech, Mengironus, Baronus de Gremos,  
& nōnulli alii. Molardus autem Vasconū  
caput ante cōflictum globo bombardæ in-  
terijs. Bonet in capite grauiter uulneratus  
est. Ex Germanis uero interijs Philippus  
de Friberg, ante conflictum eodem globo  
quo Molardus. Item in conflictu interijs  
Iacobus de Emps, Fabius de Schlabers-  
dorf, Ioannes Sigismundus de Friberg,  
Gothardus de End, Nicolaus Vuies, Geor-  
gius Empser, Capitaeus Linser. Ex duode-  
cim nempe Germanorum capitaneis no-  
nem interierunt, cum nonnullis nobili-  
bus

bus, quorum erant circiter quinquaginta,  
qui cum multis alijs peditibus fortissime  
Hispanorum uim sustentarunt, dum cæte-  
ri uel errore uel timore pedē referrent, mu-  
tuum uero conflictum, cum res bombar-  
dis ageretur. Fabius de Schlabersdorff, &  
Ioānes Spet de Plumern, capitibus uiridi-  
serto tectis, duos itidē Hispanos ad singu-  
lare certamen prouocarunt. Ioannes Spet  
ante aquam Hispanū assequeretur, globo  
bombardæ uulneratus ad castra defereba-  
tur. Sed Fabius uoti sui compos, Hispanū  
sibi cōgredi ausum interimebat. Ex Hispa-  
nis autem captus est Ioannes Cardinalis  
de Medicis, Fabricius de Columna, Ioan-  
nes Franciscus comes Miradulæ. Marchio  
itidem de Betunda captus & uulneratus.  
Marchio de la Tela captus, & uulneratus,  
comes Petrus de Nauarra captus & uulne-  
ratus. Marchio de Palude occisus, capita-  
neus illa Freda occisus, capitaneus Ram-  
mozat, & capitaneus Vitellus, fugientes à  
rusticis occisi sunt. Ioānes de Cardone uul-  
neratus, sed Raymundus de Cardone Vi-  
cerex aufugit. Hæc sane pugna ante Rauē-  
nam gesta omniū confessu asperrima fuit,  
& qualis multis ætatibus uix in Europa  
fuit

fuit. Habitata uero die xi mensis Aprilis, anni xij supra millesimū quingētesimū, quo die per orbē Christianum celebrabatur festum Dominicę resurrectionis Christi, seu ut dicitur, festum Paschatis. Victoriā quidem tantam Galli obtinuerūt, partim propria uirtute, partim Germanorum. hoc nāque exploratum est, quod Galli sine Germanorum robore cū Hispanis haud quam configere tentassent. & ipsimet rei bene gerendę successum in uirtute Germanorum reponebant, fortitudinemq; plus quam humanam in eo prælio eorum fuisse testati sunt apud Maximilianum, & ipsi quoq; Hispani duntaxat Germanorum robur (uti professi sunt) formidabant. De his hactenus. Cæterum dum cogito, menteq; diligentius uoluo, Gallos iam xvi annos in Italia uersari, & Germanorum robore atq; milite sibi tam latum amplumq; dominium Italiae querere, non possum non detestari Germanorum discordiam ignauiamq;. Nam Heluetij populare dominiū amantes, Imperatorem ut Dominum nō recognoscūt, ac illos solum affectare ferūtur, qui pecunias elargiuntur, iustissimi tamen utcunq; tyrannidum ultores. At principes

cipes Germaniae tenentes nunc uectigalia  
& cætera imperij iura, singuli ueluti ipsi es-  
sent Imperatores, ea quæ tenent & possi-  
dent, tanquam peculiari iure tenerent, Im-  
peratori in nullo accepta referunt, ac in o-  
mnibus liberi esse conatur. Quibus de cau-  
sis Germani in magnum ipsorum dede-  
cūs pati necesse habent, quod Galli nunc  
fanguine Germanico id sibi imperii qua-  
rant, quod maiores nostri sanguine suo si-  
bi uendicarunt. Sed quoniam alij mores  
maioribus nostris fuere quam nobis, idcirco  
nemo miretur, si Galli nostra in Italia  
iura paulatim & latenter sibi usurpent.  
Maiores quippe nostri gloriam publicam  
sibi quærebant & imperium, pro quo et uti-  
tam & facultates suas omnes exponebat.  
Nos autem parum de publico solliciti diui-  
tias nostras profundimus ad magnificos  
sumptus & ampla ædificia. & ubi pro ho-  
nore & imperio publico quid esse contri-  
buendū, penuriam allegamus. Illi quoni-  
am publicos agebant conuentus, pro ho-  
nore & utilitate publica consultabant, se  
& omnia sua pro publica gloria offeren-  
tes. Nos uero quoniam cōuenimus publi-  
cē ad tractanda negocia publica, Cæsare  
agente

agente pro honesta subiectione & auxilio nostro, nos contra concludimus pro Germanica Francaq; nostra libertate. Quādo unquā in conuentibus nostris obtulimus substantias nostras Imperatori dicentes, O Cæsar, omnia nostra tua sunt, utere his pro arbitrio tuo, quemadmodum maiores sese offerebant, & hodie Galli Regi suo offerunt. O principes Germani expergisci mini tandem, & Salustij uerbum pondera te, dū inquit, Imperium eisdē artibus moribusq; conseruari, quibus ab initio constitutum est. Nostri maiores assecuti sunt Italicum imperium concordia, industria, iustitia, & disciplina militari. Si uos Germania liquando ab huiusmodi imperio deturba ti estis per discordiam, negligentiam, & secordiam, Maiorū uirtutes amplectimini, & facile omnia per uiolentos occupatores detra recuperabitis. Karolus magnus post quam Romæ à populo & Clero Romano Imperator est nuncupatus, & fœdus cum Græco Imperatore iniit, & Apulia & Sicilia Græco imperatori cederent, & reliquum quod esset Italiæ ab Urbe usq; alpes Latini Imperatoris esset, & quod Veneri in medio utriusq; forent, neutri uel subiecti

Eti uel adh̄c̄entes. Ab eo quidem tempore  
Italicum imperium cœpit esse Germano-  
rum , quod supra centum fere annos per  
Karoli successores fuit administratum . po-  
stea uero deficiente Karoli progenie, Itali-  
cum imperium peruenit ad Saxones, qui  
fædus Karoli cum Græco Imperatore ini-  
tum renouarunt. Verum cum Otho tertius  
sine liberis masculis esset , delecti fuere  
Imperatoris electores , quod ius eligendi  
imperij electores tum communī consensu  
Germanorum & Pontificis Romani con-  
sequebantur, & id quidem in defectum &  
penuriam liberorum Imperatoris, ut uide  
licet eo iure imperij electores uti deberet,  
quando Imperator nō haberet liberos ma-  
sculos, aut tales nō essent idonei. Ab eo sa-  
me tempore, quo imperium sic ex electio-  
ne competere cœpit, ius Italicī imperij mo-  
do apud Sueuos, modo apud Saxones, mo-  
do apud Bauaros, modo apud Bohemos  
stetit, & id ius in præsentiarū penes Maxi-  
milianum uersatur. Sed o Principes Ger-  
manī, rogo, aliquando cōsiderate quomo-  
duerite, precor, quemadmodum Italia ab  
exteris nationibus laceretur, pro qua cum  
uestra

uestra tempestate certēt Galli, Hispani, Veneti, & Pontifex Romanus, uos interim  
(ut cum uestra gratia loquar) desides, & in  
star dormientiū, illa æquo animo fieri pa-  
timini. Quod si maiores nostri iterū reui-  
uiscerent, & hæc à uobis fieri cognosceret,  
profecto ipso dolerent, ingemisceret, uosq;  
de iuretestinis uestris discordijs, secordia ite  
& ignauia inculparent, utq; res multo suo  
sanguine, ingētiq; labore partas tam effe-  
minate tamq; ignauiter negligeretis]. Dixi  
ego Italiā ab Vrbe usq; ad Alpes esse iuris  
uestri, licet non ignorē & Apuliā & Siciliā  
aliquādo à maioribus nostris possessas, ut  
præterea regnū Iudæ, & alia ultramari-  
na regna, quæ à maioribus fuerunt posses-  
sa. Lotharius enim Saxo, Normanis Apu-  
liæ & Siciliæ occupatoribus expulsis, pro-  
se regno potitus est. & Henricus præterea  
quintus Frederici primi Sueci filius, exter-  
minatis Normannis, Apuliæ & Siciliæ re-  
gnū pro se & successoribus usq; ad Con-  
radinum ab nepotem & ultimum Sueco-  
rum ducem obtinuit. Longum profecto es-  
set, si referre tentarem, quale quantuncun-  
que imperium nostrum sub maioribus no-  
stris extiterit. Vos itaq; principes Germa-

ni, pro amplitudine & gloria Germanicæ  
nationis, itē pro incremento totius rei pu-  
blicæ Christianæ, obsecro, dignemini Ma-  
ximiliano Imperatori uestro obedire, eique  
fideliter & concorditer adhærere, res & sub-  
stantias uestras omnes sponte offerre. Tē-  
pore namque Maiorum imperatores habue-  
runt uectigalia, telonia, & ut nunc usita-  
tis uerbis loquar, datias, angarias, gabel-  
las, pedagia, & alia imperij iura, quæ uos  
nunc tenetis. Vnde olim imperatores am-  
plissimum exercitū alere potuerunt, quod  
si aliqui imperatores extiterint, qui aut ex  
negligentia aut indulgentia quadam passi  
fuerint, principes Germanicæ uti huiusmo-  
di imperij iuribus, cogitare debetis eadem  
iura, nō ita in manibus uestris præscripta,  
quod ea Cæsar ex causa iterum uendicare  
non possit, etiam si Karolus quartus per  
priuilegium ea uobis concessisset. Nam  
priuilegium cum tendit ad noxam seu ma-  
gnum damnū concedentis reuocari de iu-  
re potest. Proinde aut permittatis Maximi-  
lano imperatori iura imperij, aut aliquan-  
catis, Omnia nostra in tua sunt potestate.  
dabimus tibi gentes & pecunias quas ha-  
bemus

bemus, utere his pro tuo arbitratu tanto tempore, quanto suppetere ualebunt. Te quoque & successores tuos liberos masculos recognoscimus ut imperatores, ut Dominos nostros natuuos & haereditarios. Quo autem rem hanc summatim & breuissime concludam complectarq; duo ponam dicta latiusq; discutienda. Primum meminisse debent principes Germani Maximiliani imperatoris honorem, gloriam, imperijque incrementum in proprium ipsorum bonum redundare. Imperator nempe publica persona Germaniae existit, penes quem omnis iuris publici administratio uersatur. Bonum uero publicum in bonum priuatorum uergi exploratum est, quocirca si imperatoris status est bonus, & amplificatur honore & imperio, id uergat in honorem gloriamq; singulorum principum, &c. Itaque curiose prospiciant principes Germani, ne dum querant honorem priuatum, paru de publico solliciti, honor priuatus una cum publico pereat. Item ne dum singuli conentur suas domos & familias amplificare & illustrare, domus interim publica Germanie labatur ruinamq; patiatur. Præterea ne dum honorem, glo-

riam, imperij incrementum sanguini suo  
inuideant, interim alieni honorem & iura  
propria occupent, quemadmodum ante  
fores id apparer. Secundum dictum memi-  
nisse debent principes Germani, Maximili-  
anum imperatorem gentibus & pecunijs  
adiuuare, cum oblatione omnium bono-  
rum sine temporis præfinitione, quoniam  
pax regni sine miltibus conseruari nequit.  
Milites uero sine pecunijs haberi non pos-  
sunt. quo circa o principes Germaniae pro-  
pace Germaniae, & honore publico & pri-  
uato, aut pecunias & res uestras ad arbit-  
rium imperatoris offerte ac ponite, aut ue-  
tigalia & imperij iura eidem cedite, alio-  
quin inter uos semper intestinis labora-  
bitis seditionibus. pax namq; sine iusticia  
esse nequit, iusticia uero exigit, ut unicuiq;  
quod suum est reddatur. Qua de re Augu-  
stinus super hęc Dauidis uerba, Pax et iusti-  
cia osculatę sunt, Pacem (inquit) & iusticiā  
duas esse sorores mutuo se sine separatio-  
ne concomitari. Itaque pro pace, pro ho-  
nore, gloriā Germanicæ nationis, o Ger-  
mani principes, uestras facultates & diui-  
tias Cæsari offerte, ei præsidia præstate. Vi-  
detis enim militis Germanicę nationis per-  
substra

subtractionē auxiliū, quod Cæsari impen-  
 dere deberetis, ad aliarum nationū stipen-  
 dia accedere, in præiudicium iurium & re-  
 rum uestrarum. animaduertite ne dum im-  
 peratorem uestrum fame laborare uultis,  
 uos ipsi pereatis, ut in fabula est quam Li-  
 uius narrat. Tempore inquit quo non, ut  
 nunc in homine omnia membra conser-  
 tiebant, sed singulis membris suum cuiq;  
 confilium, siusq; sermo erat, indignabun-  
 da quidem sua cura, suo labore ac ministe-  
 rio uentri omnia queri, & ipsum uentrem  
 in medio quietum nihil aliud quam datis  
 uoluptatibus frui, & proinde conspirasse,  
 ne manus ad os cibum ferrent, nec os acci-  
 peret datum, nec dentes conficerent. hac  
 ira dum uentrem fame domare uellent, ip-  
 sa una membra totumq; corpus ad extre-  
 mam peruenisse tabem, & deinceps appa-  
 truisse uentris ministerium haud segne fuis-  
 se faciendo sanguinem, quo uiuimus uige-  
 musq;. hæc quidem intelligenti sufficiunt,  
 receptuiq; cano. Facto igitur bello de quo  
 supra, altero die sequenti, qui erat duode-  
 cimus mensis Aprilis, Rauennates sese de-  
 runt Frederico Cardinali de sancto Seueri-  
 no, Gallorū capitaneis promittentibus eis

dem bonam fidem, & res ipsorum saluas fore. Sed Vascones ciuitatem gratia commeatuum ingredientes, bona ciuium diri pere ac ipsos ciues trucidare cœperunt, iniuris capitaneis et maioribus exercitus Gallici ac renitentibus. Marcus uero Antonius cum Hispanis in aicem confugit. Breui dein Fauentia, Forliuū & Imola ad Gallorum ditionem radacta sunt, arcibus tamen ubiq̄ sub Hispanorum potestate remanentibus. Interea funus Gosthi ducis Neumurſi per Bononiam, Mutinam, Parham, & Longobardiam in Franciam defertur, ante cuius quidē feretrum xvij uexilla Hispanis erepta ferebantur. Præterea aureus gladius Raimundi uiceregis Neapolitani, quē Iulius pontifex eidem dono miserat, itē & crux legati. Sic Gosthus, cui uiuo triumphare nō dabatur, mortuus triumphabat. Galli ciuitatibus Romandiolas præfidia relinquētes, Lōgobardiam petūt ad arcendas Helvetiorū incursiones. Pontifex Iulius cōciliū Romę prosequitur. Maximilianus autē Matthæu Lang Episcopū Gurcensem Treuereſi conuentu legat in Italiam. Verum illa longiore narratione egent, & alterius libri initium requirunt.

Ad

AD VNIVERSOS GERMANIAE  
principes, quod iustissimum & to-  
ti Germaniae gloriosum bellum  
Cæsaris Maximiliani contra Ve-  
netos non adiuuāt, Querela Ger-  
maniæ, Bebelius auctor.

O mea progenies dulcissima Teutona pu-  
Accipias matris tristia uerba tuæ. (bes  
Illa ego terrarū domitrix, legūq; uerenda  
Impositrix olim gentibus innumeris.  
Cuius uictrices aquilas, uictoria signa  
Pertulit Eous, occiduiq; duces.

Cuius & imperiū tremuerūt omnia regna  
Seruuit Gallus, Romulidæq; uiri.

Lugeo nunc merito, dura ceruice parentē,  
O me nunc proceres temnitis atq; duces.  
Nā Venetus populus, nō iure aut fœdere  
Imperio inuasit debita regna meo, (mot<sup>9</sup>  
Vuln<sup>eribus</sup> quæsita meis & possidet arua  
Histrorum, & segetes demetit Italicas.

Hæc repetens forti hñuc Cæsar Maxilia-  
Milite, metatur castra per Italiam. (nus  
Feliciq; manu summis in montibus arcis  
Subiugat, atq; urbes sub ditione tenet.  
De Venetisq; actū foret, auxilijs modo ue-  
Adiutus uester si dominus fuerat. (stris

Quē nūc deseritis, dū cōmoda, gloriā, ho  
Nominis antiqui iura referre licet. (nores  
Quis furor o gnati, quæ uox tam dira, ne-  
phanda

Quæ tantum potuit consuluisse nephas?  
Heu mihi quò patrię studiū, quo decidit ar  
Nobilibus quantū degeneram⁹ aus. (dor  
Classica quin sonitēt, & ad huc Germania  
in armis

Fulgeat, imperij quo reparemus opes,  
Aut male negligitur quæsitum sanguine  
multo

Maiorū imperium, gloria, fama, decus.

AD VNIVERSOS GERMANIAE  
principes, & maxime electores im-  
perij, quod bellum iustissimum, at-  
que omnibus Germanis glorio-  
sum Maximiliani Cæsaris Christi  
anissimi adiuvuent contra Vene-  
tos, Cohortatio ipsius Germanię.  
Surgite uos proceres Germano sanguine  
nati

Surgite uos, mater conuocat ipsa pios.  
Surgite nunc, patriæ fessis succurrите rebus.  
Surgite de somno segnitieq; duces.

Sum

Sumite magnanimas mentes, animosque  
parentum

Qui pro me toties non timuere mori.  
Et patrū reparate decus, nunc Itala regna  
Eripite à Venetis imperiumq; meum.  
Surgite in imbellis homines, reuocate,  
quod olim

Abstulit heu Venetus proditione, dolo.  
Pontifices primū Rheni, princepsq; palati  
Surgite bellaces Saxoniaeque domus.  
Imperiū nam communis, patriæq; salutis  
Vos cura elegit Cæsari adesse manu.  
Vos commune bonum & priscarū gloria  
rerum

Suscitat à somno. Surgite quoq; duces,  
Imperiū mundi quæsumus sanguine auo-  
Viq; huc seruatū si retinere placet, (rū, &  
Si libertatem priscam, patriæq; salutem,  
Deniq; uel proprium si retinere folum.  
Surgite nunc proceres propere, nam Teu-  
tona late

Nunc buxus resonat, classica ad arma uo-  
cant.

M; ximilianus itē uocat o ad nobile bellū,  
Quo paritur uobis gloria, regna, salus.  
Ille etenim Italię uobis iā claustra reclufit,  
Imperiū & ueteres iam reparabit opes.

r , s , Si

Si modo cum Domino uestro mentemq;  
uirilem

Suntius, & galeam, surgite queso duces.  
Nec qui perdiderat cum regno Sardana-  
palum

Defineat luxus, pestis amara Virum.


Sunt et opes & equi uobis, sunt arma, uiriq;  
Tam iustum superi militiamq; iuuant.


Quare magnanimi confurgite queso Ale-  
manni


Classica iam sonitant, Mars furit arma  
uocans.


Imperium aut timeo, maiorum sanguine  
partum


Libertasq; ruet, dij prohibere nephias.  
Ludibrio et prece fiet tuc Teutona pubes,  
Quae domitrix olim totius orbis erat.
















21 - 151



